MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80417-6

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

BEYTE, FRIEDRICH

TITLE:

QUAESTIONES APPULEIANAE

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1888

Master Negative #

91-80417-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



87Ap8
DZ8
v.1

Boyte, Friedrich, 1861-
Quaestiones Appuleianae; dissertatio... quam... scripsit Fridericus Boyte... Lipsiae, typis Alexandri Edelmanni, 1888.
67 p. 22½ cm.

Thesis, Göttingen.

Volume of Pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35M REDUCTION RATIO: 1/X
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 1/9/92 INITIALS RD
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
Inches
1 2 3 4 5
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No.2 87Ap8
2361
EZ6

QUAESTIONES APPULEIANAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS AUCTORITATE

ATQUE CONSENSU IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

SCRIPSIT

FRIDERICUS BEYTE
GRONINGENSIS.

LIPSIAE,
TYPIS ALEXANDRI EDELMANNI,
TYPOGRAPHI UNIVERSITATIS.
1888.

CAROLO DILTHEYO

SACRUM.

Particula I.

De codice Victoriano qui dicitur Appulei Metamorphoses, Apologiam, Florida continente.

Postquam Keilius luculentissime demonstravit[1]), codicem Laurentianum 68,2[2]) optimum esse omnium, qui extant, Metamorphoseon librorum manu scriptorum solumque[3]) ad Appulei verba restituenda adhibendum, Jahnius, cum primum fabulam de Psyche et Cupidine in Metamorphoseon libris quarto quinto sexto narratam anno 1856 seorsum ederet, huius unius codicis lectionibus a Keilio enotatis usus est. Cuius exemplum secutus postquam Kruegerus anno 1864 Apologiam, 1865 Florida, denique Eyssenhardius quadriennio post omnes Metamorphoseon libros ex illius manuscripti auctoritate edidit, totus codex publici iuris factus esse videri poterat. Sed qui Appulei Metamorphoses et Apologiam farragine lectionum variarum in Hildebrandii editione textui subiectarum liberabant Florentino illo codice nixi, eidem scripturas eius permultis locis perperam indicaverunt. Neque vero pari singulae editiones illae auctoritate apud homines doctos fruuntur. Nam ut Eyssenhardii neglegentiam saepius reprehendi[4]), ita Jahnii imprimisque

1) In libro, qui inscribitur *observationes criticae in Catonis et Varronis de re rustica libros* 1849 p. 77—81.

2) Solent homines docti hunc codicem littera F, codicem Lanrentianum 29,2 inde descriptum, de quo infra paucis disseremus, littera φ significare.

3) Nisi quod, ubicunque genuina lectio dignosci non iam potest. apographon eius φ in auxilium vocandum est.

4) Cf. S— in ephem. *philologischer Anzeiger* a. 1871, p. 197; Hauptium in *Hermes* a. 1872, p. 260; Bursianum in *Sitzungsberichte der Münchener Academie* a. 1881 tom. I p. 119; contra H. Beckerus in *studiis Appuleianis* (diss. Regim. a. 1879), p. 8 et Koziolius in *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien* a. 1870 Eyssenhardium praedicant.

Kruegeri curam summis laudibus efferri[1]) videmus. Atqui Kruegerus haud dignus est, qui ob accuratam edendi diligentiam magnopere praedicetur. Nam praeterquam quod Muellero, qui codicem Laurentianum F incuriosius excusserat, temerariam fidem habens Apologiae orationem non raro depravavit, ipse etiam neglegentia sua in editione et Apologiae et Floridorum permulta peccavit. Commentatione enim Leonardi Spengelii de locis Graecis, qui in Appulei scriptis insunt[2]), ad exemplar Monacense editionis Vicentinae anni 1488 inspiciendum adductus lectionibus libri huius margini a Petro Victorio aspersis, qui eam ex testimonio ipsius cum *exemplari litteris Longobardicis scripto e Divi Marci Florentina bibliotheca* contulerat, imaginem codicis Laurentiani 68,2 satis accuratam repraesentari censebat, quamquam non deerant, quae dubitationem et afferre deberent et afferrent. Nam et lacunam, quae est in Metamorphoseon libro octavo, a Victorio non indicatam esse vidit et lectiones eiusdem codicis a Keilio ad editionem Psyches fabulae comparandam Jahnio permissas non semel discrepare cum verbis a Victorio restitutis perspexit. Quo cognito cum Apologiae editori non subsistendum esse in Victorii adnotatis intellegeret, Kruegerus novam codicis F collationem nactus dissensionem inter lectiones codicis F et Victorii tantam animadvertit, ut opinionem antea conceptam dimittendam esse sibi persuaderet; et quoniam Keilii sententiae, ex qua Victorius codicem Florentinum sive F sive φ contulit, ita tamen, ut in auxilium vocaret librum manu scriptum peioris notae[3]), propter fidem Victorii accedere noluit, exemplar codici F simillimum nostris temporibus aut tenebris obrutum aut omnino deperditum a Victorio comparatum esse statuit lectionesque illius marginales, ut quae e manu scripto

1) Cf. quae disserunt Stollius in *Neue Jahrbücher für Philologie* a. 1856, p. 755; Sauppius in *Göttingische gelehrte Anzeigen* a. 1865, p. 1545 et 1998; G. Beckerus in *Zeitschrift für das Gymnasialwesen* a. 1865, p. 474; Vir doctus in *Heidelberger Jahrbücher* a. 1865 p. 147; Goldbacherus in *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien* a. 1867, p. 35; H. Muellerus in *Rheinisches Museum* a. 1868, p. 445.

2) In *Rheinisches Museum* a. 1861, p. 27.

3) Cf. Apol. praef. p. x etc.

non contemnendo profectae essent, et Apologiae et Floridis una cum Vicentinae verbis subscribere non dubitavit. Repugnabat solus Sauppius, qui in censura Apologiae, deinde Floridorum sibi persuasum esse affirmabat, discrepantes illas a F lectiones non fluxisse e codice F simillimo, sed tribuendas Victorii incuriae, quae quidem satis perspiceretur in lectionibus variis ad Taciti libros ex eodem codice a Victorio excerptis. Ceteri homines docti cum neque refutare neque confirmare certis argumentis vel Kruegeri vel Sauppii sententiam possent, rem in medio reliquerunt, quamquam Kruegerus ipse[1]) suspicari sese nonnullis locis Muellero fidem detrahendam esse professus erat; quae dubitationes, si eas iusta cura pensitatas amplius persequi voluisset, eum facile erant eo deducturae opinionis, ut cum Muelleri fide scripturas illas Victorianas abiceret. Quanta autem neglegentia Muellerus codicem F comparasset, cum iam eo tempore, quo exercitationibus seminarii philologici universitatis Georgiae Augustae Carolo Diltheyo auspice institutis interessem, exemplis quibusdam cognovissem, nunc demum, cum certo diiudicandi omnemque quaestionem absolvendi plena facultas mihi data esset, plane perspexi. Permisit enim mihi Diltheyus, qua prosequi solet discipulos suos insigni benevolentia, duas collationes, quarum alteram a Luetjohanne, homine de Appuleio meritissimo, post Eyssenhardii et Kruegeri editiones accuratissime confectam ab Luetjohannis praematura morte abrepti heredibus conquisiverat, alteram olim a Wilmannsio, homine in libris manu scriptis excutiendis non mediocriter versato, in Jahnii usum factam Adolfus Michaelis Diltheyo utendam concessit.

His libris adhibitis ut dubitationis longe maxima pars sublata est, ita remanserunt satis multa, quae quomodo explicarem, incertus haerebam. Itaque Monacense illud editionis Vicentinae exemplum ipsum[2]) adeundum esse putavi, iam etiam de Kruegeri fide dubitans vel potius desperans. Neque deceptus sum opinione.

1) In praefatione editionis suae p. X.

2) Usus etiam sum collatione Victorii adnotationum a Luetjohanne facta, quam mecum benigne communicaverat Diltheyus.

Etenim Kruegerus toties falso scripturas ab F discrepantes ex Victoriana attulit, ubi conspirantes ego deprehendi, ut, quamquam nonnullis locis Victorii adnotata a codicis F scriptura recedunt, tamen ambigendum non sit, quin Victorius solum codicem F contulerit. Quod ut quam planissime probem, iam, quaecunque huc pertinent, afferam omnia. Antea vero, quem disputandi ordinem secuturus sim, exponam.

Ac maxime quidem lectiones Victorii et libri Florentini quot differant et quomodo comparatae, ostendam, primum de Metamorphosibus, deinde de Floridis, postremo de Apologia disserens. Deinde cur codicem φ a Victorio usurpatum esse negem, breviter explicabo, hisque paucula. quae ad fidem corrigendique rationem Victorii et Kruegeri spectent, addam. Quodsi his inquisitionibus clare monstratum erit, codicem a Victorio excerptum F fuisse, neque praeter hunc alium ullum, iam homines docti, qui Appulei libris operam impendunt, ob suppellectilem criticam in simpliciorem formam redactam gratiam mihi esse habituros spero.

Priusquam vero singula Victorii adnotata excutimus, praemittam argumenta duo externa, quae statim quaestionem aggredienti excitent suspitionem, a Victorio codicem ipsum F excerptum esse. Appulei editione Vicentina continentur opera eius omnia; ex his scriptis instruxit lectionibus variis Metamorphoses, Florida, Apologiam, quae eadem codex F praebet, cetera non adnotavit. In Beroaldina Taciti editione insunt, quaecunque ei tribuuntur; teste Walthero[3]) *adposuit Victorius inde ab undecimo annalium libro*, a quo Laur. 68,2 incipit, *scripturam Florentinam ab editione Beroaldi diversam.* Atque ex eiusdem testimonio inspexit ille *unum illum codicem litteris Langobardicis scriptum, qui complectitur libros Annalium posteriores et Historiarum, neque vero codicem Corbeiae repertum, cui insunt priores Annalium libri.* Quid igitur propius vero potest videri quam in exemplo a Victorio excusso eosdem libros fuisse, qui nunc leguntur in codice F? At gemino aliquo codice Florentini Victorium uti potuisse inquies. Audio; aliam rem monstrabo,

1) Vide Taciti editionis eius praefat. p. XXXVIII sqq.

quae nos codicem Victorianum qui dicitur quaerentes iterum ad codicem F vocet. Habemus inter librorum manu scriptorum Appulei copiam duos solos, qui et Florentiae in Marciana bibliotheca adservabantur et litteris Langobardicis scripti sunt. Itaque codex Victorianus non solum eadem scripta praebuit, verum etiam eodem scripturae genere exaratus in eadem bibliotheca extitisse putandus est. Restat ad quaestionem plane absolvendam hoc unum, ut ostendamus, etiam in verbis singulis eum ita conspirare cum codice F, ut, quin Victorius lectiones e codice F excerpserit, nemini amplius dubium esse possit.

Quoniam vero erroris atque incuriae incusaturi sumus, quibus fides apud doctos homines constat, neque ipsi ei sumus, quibus nomen et auctoritas fidem addat, in probanda sententia nostra et apparatu, quo illa nititur, lectionum afferendo nimia maluimus quam manca cura lectores offendere.

Video autem factum esse causis tribus, ut lectiones Victorii et F non congruant: primum homines docti librum Florentinum parum accurate excusserunt, tum Kruegerus — in Apologia et Floridis — saepe Victorii lectiones non recte attulit, denique Victorius nonnullis locis minus religiose verba exempli sui descripsit.

In Metamorphosibus autem ex ingenti numero Victorii adnotationum omnes eas commemorare praetermittemus, quae Eyssenhardii editionem sequenti cum discrepare videantur, vere concinant. Nam nihil haec enumeratio ad propositum nostrum facit, quoniam Victorii ad Metamorphoseon libros notae non evulgatae sunt. Et cum altera quoque causa — in Victorii lectionibus excutiendis peccata dico — non ad Metamorphoses pertineat, eos locos proferemus solos, quibus Victorii scriptura distat a lectione codicis F[1]). Instituemus autem rem ita, ut

1) Non commemoro Metamorphoseon permultos locos, quibus Victorius falsam Vicentinae lectionem ex aliqua parte tantum, non totam, secundum auctoritatem codicis F correxit. Nam in omnibus eiusmodi scripturis tantummodo correctae litterae comparandae sunt, quod quidem Kruegerum effugisse infra docebimus. Omisi praeterea adnotare, quot locis lectiones a Victorio per compendium expressae in codice F plene perscriptae sint et versa vice; nam has minutias Victorius nihili aestimavit. Denique nolui afferre locos, ubi Victorius se ipse correxit.

primum expromamus eos locos, quibus Victorius editionis Vicentinae scripturas, quamquam conspirant cum F, contra manifestam huius libri manu scripti auctoritatem correxit; deinde afferamus lectiones eas, quas licet perspicue in F exaratas parum recte transtulit Victorius; tum indicemus, quoties Victorius genuinam scripturam codicis F lectu difficiliorem non accurate elicuerit; denique adnectamus pauculos locos, qui mihi dubii sint.

Mutavit igitur Victorius lectionem Vicentinae, quamquam cum F congruit, his locis [1]):

18,13 F *intextum*, V [2]) *intextus;*

83,5 F *allocuta*, V *adlocuta;* V scripsit *adlocuta*, quod in codice F praepositiones plerumque integras cum verbis componi observaverat. Sed in rebus orthographicis neque scriptor codicis F neque V sibi constant; de orthographia vide Brambach, *Neugestaltung der lat. Orthographie* Lips. 1868 p. 298.

*88,19 F *appellant*, V *adpellant* [3]).

112,3 F *fabellam*, V *favellam;* V, qui praecedentem vocem *bellam* ex codicis F auctoritate in *vellam* correxerat, consilio — an errore? — contra F *fabellum* in *favellam* mutavit. *v* pro *b* imprimis pronuntiabant Afri, sed huius consuetudinis vestigia etiam in codicibus et inscriptionibus alibi natis non desunt.

*139,10 F *horruit* in lacerata membrana ut videtur, V *horrivit.*

*167,27 F *piurū*, V *periurium;*

191,15 F *petituri*, V *repetituri;*

*192,23 F *accumbere*, V *adcumbere;*

1) Sequor in Metamorphoseon libris Eyssenhardii, in Apologia et Floridis Kruegeri editiones.

2) Hac littera Victorii notas indicabo.

3) Aliquot locis, de quibus dubitatio mihi subnata erat, Hieronymus Vitellius, Diltheyi precibus obsecutus, iterum codicem inspexit, pro quo beneficio iustam habeo gratiam maximamque. Ubi verbis supra excerptis rucem non proposui, de codicis Florentini scriptura nihil affirmo; opinor autem nova comparatione instituta dissensionem nonnullis certe in locis sublatum iri.

*196,2 F *ei*, V *eius;* aptissimum *ei* est, causa mutationis alioquin facillimae non liquet.

196,6 F testibus Luetj. et Wilm. *acquiritur*, f* *aqquiritur*, Eyssenhardius, cui nescio an hoc loco fides tribuenda sit, in codice F legi *anquiritur* dicit, V *anquiritur.*

201,27 F *cerulus*, V *ceruleus*; utraque forma usitata est; fortasse V ideo mutavit, quod *cerulus* linguae poeticae proprium est.[1])

His locis adiungam 179,2 quamquam Vicentina et F non plane idem exhibent. Sed quae litterae in Vicentina a V corriguntur, eaedem inveniuntur in codice Florentino. F *pētaī*, Vicentina *percontatus est.* V pro *on* scripsit *unc*, quod formam *percunctandi* in codice F plerumque inveniri viderat. De orthographia huius vocabuli vide Corssen, *Kritische Beiträge zur lat. Formenlehre* p. 4 sqq. *Nachträge* p. 42 sqq.

Secuntur loci ei, quibus V Vicentinae lectioni scripturam codicis F minus accurate enotatam substituit.

1,7 F *teneros*, v [2]) *Tenaros*, V *Teneros*; V virgulam non priori, sed posteriori litterae *e* addidit.

6,3 F *anticthones*, v *antiochones*, V *antichthones;* V verum restituit.[3])

21,26 F *iurulenta*, v *hirulentum*, V *iurulenta;* V lineam *m* indicantem perperam addidit, fortasse quia Vicentinae forma in *m* desinens ei ob oculos versabatur.

31,11 F *Thlesron*, v *Thelephron*, V *Thelesron;* priorem vocalem *e* ex scriptura Vicentinae retinuit V.

37,18 F *temptare fortunam*, V *fortunam* in v omissum falso ante *temptare* collocavit.

37,29 F *solemnis*, v *solemus*, V *sollenis*, quod utrum *sollemnis* an *sollennis* legendum sit, non liquet; vide Kuehneri gramm. lat. I, p. 121; de geminatione litterae *l* cf. Corssen, *Über Aussprache, Vokalismus* etc. I p. 225.

1) Met. 23,11 F *ceruleus*, F[1] in marg. *cerulus*, f* *cerulus*, v *cerulus*, V nihil adnotavit.

2) Littera v lectionem Vicentinae indicabo.

3) Idem interdum factum esse a V invenies; cf. Met. 125,10; 201,3; Apol. 7,1 in versibus Homericis indicatis.

42,14 F *validis me viribus agressus*, v *validissime aggressus*, V *validis me adgressus*, praetermisit errore *viribus*.

46,23 F *cunctanter*, v *contanter*, V litterae *o* substituit *u*, non addidit *c*. Saepius formae illius pravae correctionem V semifactam reliquit.[1])

76,19 F *audacia*, v *saucia* (recte), V *audaciam*, calami lapsu ut videtur.

104,19 V in Vicentina verborum collocationem mutans erravit, cum, quae sedes debebatur voci *orae*, eam tribuerit voci *oves*.

120,3 F *adsensiere*, v *assensere*, V inserit *i* post *ass* (i. e. *assiensere*), certe calami lapsu.

125,10 F *rapinas*, v *ripas*, V *rupinas*; V veram Appulei scripturam vestigia codicis F secutus restituit nullo signo emendationem ex ingenio factam indicans.

125,15 F testibus Wilm. et Luetj. *quiritatabat*, V *quiritabat*; syllabam *ta* praepostere repetitam recipere noluit.

187,2 F *coici*, v *coiici*, V supra *o* lineam posuit (i. e. *coniici*), vide Brambach l. c. 199 sqq. 300, 334.

192,28 F *conibens*, v *conivens*, V lineolam supra *n* addidit (i. e. *connivens*); vide Brambach l. c. p. 303.

201,3 F *frigii*, v *pristygii*, V *phrygii*; orthographia neglecta usitatam formam restituit.

204,8 F *bino crocus diluta*, f* *iuno* scripsit pro *bino*, V *iuno crocus diluto*.

Addendae sunt subscriptiones eae, quas V non accurate depictas adiecit:

libro I **F** METHA . . . INCIP.
V META . . . INCIPIT.
III **F** testibus Luetj. et Eyss. METAMORPIOSEON, **V** (et F teste Wilm.) METAMORPHOSEON (dubium est).
IV **F** METHA...; **V** META....
V eadem discrepantia est.
VI **F** *Sallustius;* **V** *Salustius.*
VII **F** *Sallustius legi et emdavi* . . . METʰAPHORAMORFOSEON, **V** *Salustius emdavi* . . . . METʰAMORPHOSEON.
libro VIII **F** testibus Luetj. et Eyss. META...; **V** (et F teste Wilm.) METHA . . . (dubium est).
IX **F** *Cstantinupoli*, **V** *Constantinopoli.*

1) Cf. Met. 155,12; 183,16; 212,23; 216,27; 225,7.

Iam e magno numero lectionum, quas lectu difficiles in universum accuratissime V exscripsit, eas afferam, quae non perfecte cum F consentiunt. Plerisque eius modi locis adiecit vel crucem vel hoc signum ϡ.[1])

63,14 F *vestite*, f* pro *te* scripsit *tum*, V *vestit* . . .

70,6 F *salies se cenas* . . . (f* add. *sc* in lacuna) *crederet. ego vero* . . . (f* add. *nū* in lacuna) *quam alias ordeo* (*o* in fine refinxit f*) . . . (lacunam explevit f* voce *ciba*) *tus sū*, V *salies secenas crederet ego ů* . . *quā alias horde tus sū c̄*[2]) *ego ů qq alias hordeo cibatus sū.*

77,15 F *ludiū modum*, f* *ludi i////// odum*, V *ludii* . . *odum.*

78,10 F *qd* (*d* in rasura) *totius* (*t* prius et *us* addidit f*) *orbi*[s] (correctum teste Wilm. ex *orbitis*), V *qd* . . *oti* . . . orbit. *s.*

81,8 F *his nichil*, V ∔ *s nihil.*

113,6 F teste Luetjohanne *uuctum* et in margine *ultū*, f* *uictū*, V *nuctū* et *in margine eadem manu vultum.*

138,7 F teste Luetjohanne lugere, v *lugubri*, V *lutere*; pro *g* perperam scripsit *t*.

151,25 F teste Luetjohanne *hevantes*, f* *levantes*, v *euhantes*, V *ehevantes.*

152,16 F teste Luetj. *ovinā*, f* *ovina*, v *ovium*, V *ovivia.*

153,15 F *orib;*, f* *urigi*[nibus], v *uredinib'*, V *uridi*∔.

157,23 F *p̄hendo*, f* *p̄hendēs*, v *praebendo*, V *p̄hend*∔.

160,28 F *alias similis afannas*, f* *aliis similib; afannis*, V *alias similia* + *afannas.*

1) Praetermisi eos locos non paucos, ubi V ad illa vocabula Vicentinae, quibus in F respondet scriptura aut inepta aut correcta, non adnotavit lectionem F, sed cruce tantummodo addita mendum indicavit.

2) Significat hoc compendium *corrige.*

174,22 F *qd ne*, f* *qdā de*, V *qd* ∴ *ne*.

175,21 F *muste lętitiā*, f* *mustele etiā*, V *mustele* +*aetiam*.

176,29 In F testibus Luetj. et Wilm. *vīdicari* in rasura scripsit f*, idem lectionem a F in margine positam erasit, v *vindicari*, V addidit: ·L t . . . .[1])

186,12 F teste Luetjohanne *urserit* (*o* ex *u* fecit f*), ante *u* duarum litterarum spatium vacuum est relictum; in margine signum corruptelae *d*, V . . *orserit* ·L

218,30 Fv *cōpeteret*, quae in margine adnotavit F, obscuriora nunc sunt, certe dignoscere poterat Luetjohannes *peri* ///// *et*, V in margine *comperiet*.

220,5 F *contrahente* (*e* in fine erasit f*), V *contrahent* ∴.

Restant pauci loci minus graves, de quibus, quid sit statuendum, dubius haereo.

28,7 F *nervus*, v *nerv'*, V pro *n* scripsit *u*.

83,6 F *demonstrat*, V teste Luetj. *demoverat*, mihi videtur esse *demoncrat*.

83,15 F *lanoso*, v *Lanostum*, V teste Luetj. *Lanosu*, mihi dubium est, sitne littera finalis *u*.

*93,9 F *omni nedas*, v *oīmodas* (supra *o* rasura), V *ōmni nedas*, fortasse *a* ex coniectura V.

*148,13 v *luxuriae*, V *uxori* et *in margine eadem manu luxurię*, nihil in margine codicis F nunc invenitur.

182,5 F *propter*, V vocabulo *propter* signum adposuit compendio syllabae *us* simile, quo quid significaturus fuerit V, non patet.

215,17 Fv *progerebant*, V videtur ex *pro* correxisse *per*.

Quoniam in Metamorphoseon libris, quaecunque Victorii lectiones a codicis F scriptura differunt, attulimus, iam quae ad Florida adnotavit, eodem modo percensebimus, nisi quod eae quoque lectiones sive F sive V commemorandae erunt, quas in Kruegeri editione perperam prolatas esse animadvertimus.

Non differunt F et V:

Erravit Studemundus in lectione codicis F indicanda his locis:

1) ·L signum corruptelae (an *lege*?) est, t compendium vocis *vel*.

12,19 F teste Luetjohanne et V *p̄fuisti*.

20,13 F teste Luetjohanne et V *scenā*.

*28,12 F teste Vitellio nunc *traticus*, primitus *tragicus*, V *traticus*.

*29,11 FV *inlecebris*.

31,2 F teste Luetjohanne et V *geometriae* (non *geometricae*)[1])

31,23 F teste Luetjohanne et V *hym̃*.

34,20 F teste Luetjohanne et V *vivace*.

*36,9 FV *pertrectat*.[2])

Erravit Kruegerus in V notis describendis his locis:[3])

10,13 FV *et*.

12,3 FV *reppus*.

12,7 FV *ut*.

17,12 Fv *balteo*. V addidit *h*, deinde delevit.[4])

17,17 F *vel*, V *ut* (i. e. *vel*, non *ut*).

21,4 FV *relicum*.

22,8 F *exanimaret*, v *exanimaret*, V *exam̃aret* ę (i. e. *corrige*) *exanimaret*; quae compendio expresserat, repetiit plena scriptura.

23,9 F *uminā*, fortasse V primo scripsit *umquam* (sic Luetjohannes, mihi dubia res est), deinde certe correxit *umin*+*am*.

31,15 FV *Thaly*.

36,19 FV *pertrectat*.[5])

Apte hic interponuntur ei loci, quibus V lectionem Vicentinae ex parte tantummodo secundum auctoritatem codicis F

1) Delendum est igitur hoc exemplum in Engelbrechti inquisitionibus de sermone Claudiani Mamerti, quae commentationibus Academiae Vindobonensis anni 1885 insertae sunt p. 447. — *geometria* occurrit in F Apol. 24,3 et Flor. 34,1.

2) Eadem forma Met. 91,27.

3) P. 10, 1 et 3 errore typographi legitur *percos* pro *procos* in FV. Non commemoro in Floridis et Apologia minutias quasdam leves, exempli gratia 11,7 F *paliē*, V *paliem*; 32,1 F *hymnum*, V *hym̃* (sicut p. 31,23).

4) Met. 193,24, v *baltheis*, FV *balteis*.

5) P. 33,16 V recte enotasse arbitror, quod legitur in F; videtur *d* signum corruptelae in Kruegeri editione falso loco scripturae codicis F insertum esse.

174,22 F *qd ne*, f* *qdā de*, V *qd* ∴ *ne*.

175,21 F *muste lętitiā*, f* *mustele etiā*, V *mustele* +*aetiam*.

176,29 In F testibus Luetj. et Wilm. *vīdicari* in rasura scripsit f*, idem lectionem a F in margine positam erasit, v *vindicari*, V addidit: ·L ł . . . .[1])

186,12 F teste Luetjohanne *urserit* (*o* ex *u* fecit f*), ante *u* duarum litterarum spatium vacuum est relictum; in margine signum corruptelae *d*, V . . *orserit* ·L

218,30 Fv *cōpeteret*, quae in margine adnotavit F, obscuriora nunc sunt, certe dignoscere poterat Luetjohannes *peri* ///// *et*, V in margine *comperiet*.

220,5 F *contrahente* (*e* in fine erasit f*), V *contrahent* ∴.

Restant pauci loci minus graves, de quibus, quid sit statuendum, dubius haereo.

28,7 F *nervus*, v *nerv'*, V pro *n* scripsit *u*.

83,6 F *demonstrat*, V teste Luetj. *demoverat*, mihi videtur esse *demoncrat*.

83,15 F *lanoso*, v *Lanostum*, V teste Luetj. *Lanosu*, mihi dubium est, sitne littera finalis *u*.

*93,9 F *omni nedas*, v *oīmodas* (supra *o* rasura), V *omni nedas*, fortasse *a* ex coniectura V.

*148,13 v *luxuriae*, V *uxori* et *in margine eadem manu luxurię*, nihil in margine codicis F nunc invenitur.

182,5 F *propter*, V vocabulo *propter* signum adposuit compendio syllabae *us* simile, quo quid significaturus fuerit V, non patet.

215,17 Fv *progerebant*, V videtur ex *pro* correxisse *per*.

Quoniam in Metamorphoseon libris, quaecunque Victorii lectiones a codicis F scriptura differunt, attulimus, iam quae ad Florida adnotavit, eodem modo percensebimus, nisi quod eae quoque lectiones sive F sive V commemorandae erunt, quas in Kruegeri editione perperam prolatas esse animadvertimus.

Non differunt F et V:

Erravit Studemundus in lectione codicis F indicanda his locis:

1) ·L signum corruptelae (an *lege*?) est. ł compendium vocis *vel*.

12,19 F teste Luetjohanne et V *p̄fuisti*.

20,13 F teste Luetjohanne et V *scenā*.

*28,12 F teste Vitellio nunc *traticus*, primitus *tragicus*, V *traticus*.

*29,11 FV *inlecebris*.

31,2 F teste Luetjohanne et V *geometriae* (non *geometricae*)[1])

31,23 F teste Luetjohanne et V *hym̄*.

34,20 F teste Luetjohanne et V *vivace*.

*36,9 FV *pertrectat*.[2])

Erravit Kruegerus in V notis describendis his locis:[3])

10,13 FV *et*.

12,3 FV *reppus*.

12,7 FV *ut*.

17,12 Fv *balteo*. V addidit *h*, deinde delevit.[4])

17,17 F *vel*, V *ut* (i. e. *vel*, non *ut*).

21,4 FV *relicum*.

22,8 F *exanimaret*, v *exanimaret*, V *exam̄aret* ę (i. e. *corrige*) *exanimaret*; quae compendio expresserat, repetiit plena scriptura.

23,9 F *uminā*, fortasse V primo scripsit *umquam* (sic Luetjohannes, mihi dubia res est), deinde certe correxit *uminam*.

31,15 FV *Thaly*.

36,19 FV *pertrectat*.[5])

Apte hic interponuntur ei loci, quibus V lectionem Vicentinae ex parte tantummodo secundum auctoritatem codicis F

1) Delendum est igitur hoc exemplum in Engelbrechti inquisitionibus de sermone Claudiani Mamerti, quae commentationibus Academiae Vindobonensis anni 1885 insertae sunt p. 447. — *geometria* occurrit in F Apol. 24,3 et Flor. 34,1.

2) Eadem forma Met. 91,27.

3) P. 10, 1 et 3 errore typographi legitur *percos* pro *procos* in FV. Non commemoro in Floridis et Apologia minutias quasdam leves, exempli gratia 11,7 F *paliē*, V *paliem*; 32,1 F *hymnum*, V *hym̄* (sicut p. 31,23).

4) Met. 193,24, v *baltheis*, FV *balteis*.

5) P. 33,16 V recte enotasse arbitror, quod legitur in F; videtur *d* signum corruptelae in Kruegeri editione falso loco scripturae codicis F insertum esse.

mutavit. In his, quae neglexit V, nullius sunt momenti, falsusque est Kruegerus, cum eiusmodi etiam locis nixus F ab V secerneret.

7,19 F *Policlites,* F¹ *Policletes,* v *Polyclet',* V pro compendio' (i. e. *us*) scripsit *es;* non correxit *y.*

8,8 F *pallio tenus,* v *Palliothenus,* V *h* delevit, sed non distinxit.

9,3 F *exilis,* v *ex illis,* V alterum *l* delevit, non coniunxit *ex ilis.*

12,6 F *posse me,* v *post se me,* V *t* expuncto *pos* et *se* non coniunxit.

18,12 F *Bracmanos,* v *Brachmenos;* V pro *e* scripsit *a,* non delevit *h*; eodem modo correxit V p. 18,13 et 18,16.

24,23 F *Karthaginiensium,* v *Carthaginensium,* V addidit *i* post *gin,* non correxit *e.*

Re vera discrepat F a V.

Consilio V mutavit Vicentinae lectionem cum F congruentem his locis:

*17,8 Fv *suci,* V *succi.*[1])

*17,17 Fv *cantilat,* V *cantillat.*[2])

*32,10 F *perctari,* v *percontari,* V *percunctari.*

V lectiones codicis F non accurate descripsit his locis:

*14,5 F teste Vitellio *scrupusum*, v *scruposu:*, V pro *u* in fine scripsit *a* ut videtur.

20,6 F *nichl,* V *nihl.*

26,16 F *tragoedi,* v *tragedi,* V litterae *e* adiecit virgulam.

Litteras, quas dignoscere non poterat, punctis indicavit:

16,4 F *pilleum,* V *p . . lleum.*

36,2 F *cavo,* V *ca . ̣ . o.*

Ad extremum afferam eas notas, quae propter scripturae formam ambiguam, quo modo V correcturus fuerit, obscurius exprimunt.

3,9 F *Hiagni,* v *Hiagnim,* V lineolam posuit sub *m,* ut non

1) Idem vocabulum integrum reliquit Victorius Met. 29,26 et 174,20.
2) Idem non correxit Victorius Met. 61,4 et Flor. 27,8.

satis appareat, utrum *Hiagnin* an *Hiagni* (sic Luetjohannes) legi iusserit.

8,6 F *edictum,* V quid voluerit, non satis perspicio, fortasse non scripsit *editum,* quod Luetjohanni videbatur, sed *edictum.*

16,3 F *Grates*, v *Crates*, V litterae *c* orbiculi figuram adpinxit; Luetjohannes eum *Grates* scripsisse dicit.

30,7 F et V idem praebent: nisi quod V voci *et* lineolam adiecit; dubito tamen, num haec lineola finalis litteram significet.

Tertio loco, qua ratione Apologiam contulerit Victorius, eundem ordinem secuti ita ostendamus, ut primum eos locos proferamus, quibus neglegentia et Muelleri et Kruegeri discrepantias inter F et V creavit, quae nullae sunt, deinde eos adscribamus, qui veram praebent dissensionem, denique paucula addamus de vocabulis Graecis, qui sunt in Apologia.

Non discrepant F et V, sed discrepare videntur culpa Muelleri codicis Florentini lectiones non accurate indicantis his locis:

3,7 FV *optigit*
4,2 FV *intellegerem*
4,9 FV *descriptione*
5,18 FV *obsolentior*
6,15 FV *tanta*
7,5 FV *voltu*
8,7 FV om. *non*
11,14 F¹V *obteruerit* (F *obteruerat*)
14,8 FV *potiar*
16,3 FV *puerium*
18,17 FV *immodica*
19,8 FV *et semper*
19,9 FV *relinquat*
19,11 FV om. *audire*
20,15 FV *magis*
25,24 FV *operatione*
26,16 FV *repperies*
26,20 FV *civitatium*[1]*);* de hac forma vide Neuii *Formenlehre der lat. Sprache* I p. 268. Kuehneri gramm. lat. I p. 211.
26,22 FV *est enim*
28,4 FV *nihil*
29,8 FV *haberi*
31,3 FV *te* (in F in ras.)
31,14 FV *pelli*
32,5 FV *ξarathensem*
33,14 FV *adseverate*
36,18 F *Socrati Demonion,* v *Socrati Demoniō,* V nihil adnotavit.

1) Idem scriptum extat Flor. 24,14 et Met. 163,3.

37,2 FV *epistula*
37,14 FV om. *tamen*
41,18 FV *creterram*
42,10 FV om. *piscem*
42,21 FV *inpendio*
43,25 FV *libro meo*
48,13 FV *a versibus* (in F compendia usurpata sunt)
50,12 FV *ē* (i. e. *est*)
51,4 FV *locarum*
51,16 FV *scribto*
61,17 FV *medio*
52,13 FV *tanta*
53,13 FV *consultantibus*
53,17 FV *locarum defosso*
53,17 FV *parti*
55,7 FV *olęis*
55,14 FV *et tenerem*
55,26 FV *num*
57,17 FV *inlicitum*
58,9 FV *nominasti sancit*
58,26 FV *Apulci*
59,17 FV *igitur postquam*
59,21 FV *adtribuit*
59,22 FV *hiis*
61,10 FV *conscribsit*
62,6 FV *contenderi*
63,7 FV *cotidie*
63,25 FV *reprehensum*
64,3 FV *percontare*
64,21 FV *promptaria*
64,22 FV *cuiuscemodi*
65,19 FV *omnibus*
67,17 FV *in eo tempore*
70,9 FV *abligurririt*
73,8 FV *victimas*
73,12 FV *sceletus*
73,22 FV *timpora*
74,1 FV *neglegit*
75,6 FV *taceo*
78,1 FV *clari*
78,10 FV *nubtiales*
78,12 FV *effundere*
79,14 FV *nubtiales*
79,20 FV *egritudine*
80,11 FV *scribsisse*
80,15 FV *subscribtio*
80,16 FV *intellegant*
84,1 FV *virtutium*
86,8 FV *tutus*
86,9 FV *ex*
86,10 FV *cotidianis*
87,7 FV *imeditatum*
87,15 FV *rem*
87,17 FV *inicit*
87,24 FV *alumentum*
88,20 FV *destrictius*
88,21 FV *excusabundus e filio*
92,4 FV *potuerunt*
93,22 FV *adservabit*
94,1 FV *subnerviasti*
97,18 FV *tuā villā*
97,21 FV *auspicacius*
97,23 FV *silice*
98,11 F *nec ēffē ē*, f *necesse nō ē*, V *necesse* + *non est.*
99,11 FV *quadragensimum*
100,4 FV *maleficiundum*
100,5 FV *poterint*
100,16 F *carmēdas*, V *carmūdas*
100,17 FV *Apollo hęc*
102,7 FV om. *promissam*

102,13 FV *fuat*
104,13 FV *extudi*
105,8 FV *plegam*
105,9 FV *ut*
105,11 FV *tempore*
105,18 FV *malis*
107,3 FV *carthaginē*
107,7 FV *optumae*
107,10 FV *postquam*
108,2 FV *intellegeretur*
108,4 F *cui;* (i. e. *cuius*), V *cuius*
108,7 FV *obicit*
109,25 FV *semet*
110,2 FV *ratis*
110,14 FV *praecuntē*
112,21 FV *cantaminibus*
113,18 FV *munditiis*
114,5 FV *ac*
114,5 FV *procos* (*pro* in F compendio scriptum.)

Kruegerus de V adnotatis falsa refert his locis:

4,1 v *ac denique,* V nihil correxit.

14,5 v *delitiae stet,* V crucem, qua mendum indicare solet, suprascripsit, *ae* non delevit.

18,17 v *Plaionis,* FV *Platonis.*

23,12 V *p̄teris tu,* F *preter is tu*[1]).

28,4 V *p̄perpēdēs* (i. e. *praependens*), F *p̄pendens.*

31,1 v *philosophus* compendio scriptum, V correxit in *philosophis* (idem F).

31,3 V *Quadrigę albę ToGa Palmata.*

32,5 FV *ξarathensem.*

36,18 F *Socrati Dęmonion,* v *Socrati Demoniō,* V nihil adnotavit.

37,7 v *secreto,* F *scę,* f* *sce* (i. e. *sancte*), V *sancte.*

37,15 F[1] *aque,* f *atque,* v *atq3,* V *in margine aque.*

37,25 F *eptis,* V *eptis* (i. e. *epistulis*).

39,25 FV *revulsū.*

40,15 V accurate codicis F lectionem depinxit.

42,21 F *scillā,* v *seyllās,* V supra *a* posuit lineolam; vide p. 21 et 25 huius commentationis.

42,21 FV *inpendio,* de vocabulo *pisces* a V non expuncto vide p. 21.

43,25 F *interfeminium,* v *interfoemineum,* V *eum* correxit in *num.*

1) 24,14 videtur Kruegerum effugisse V nota 3 significare *et.* Non animadvertit in Vicentina has scripturas: Apol. 22,10 *edidiciss3*, Apol. 63,10; Flor. 4,15; 7,15; 12,6 *s3* pro *set* (i. e. *sed*).

44,6 F *interfemina*, v *interfoemineum*, V supra *eum* posuit *am*.
48,12 FV *hedȳphagitica*.
49,4 quae Kruegerus V tribuit, leguntur in v. nisi quod V *facemas* scripsit pro *facemus* et *aput* pro *apud*.
50,12 v *esse*, FV *ē* (i. e. *est*).
54,17 F *conflictationibus*, V *c̄flictationibus*.
54,23 F *omnes*, V *ōs* (i. e. *omnes*).
57,5 F *cunctaris*, v *cōtaris*, V pro *o* scripsit *u*, vide p. 21.
60,9 F *adtēptatur*, V *adtemptatur*.
63,15 FV *adsiduus*.
64,6 FV *ut sūtu*.
64,23 F *calumniis*, V *calūniis*.
67,7 FV *audias*, v *audiat*.
69,14 FV *sabratę cū*.
70,3 F *ebria*, v *ebrius*, V nihil adscripsit.
70,5 F *baluam*, V *baluam* (prior littera *a* vix dignosci potest.)
71,20 Fv *ut ei praesto adesset* et F¹ V in margine *t ut;* voluerunt, quod requiritur, *ut ei praesto ut adesset*.
74,12 FV *retit* (prior littera *t* in V obscurior).
82,5 F *ęquū*, F¹ in margine *aecū*, v *acquum*, V in margine *sic in marG. aecum*.
82,11 F *hiemps*, v *hyems*, V post *m* addidit *p*, de *y* non correcto vide p. 21.
83,20 F *quam deq;*, f* suprascripsit *deoq;*, v *q̄ deniq₃*, V *sic q̄ deq₃* (*deq₃* repetiit in altero Vicentinae margine).
84,13 F *conspecti*, v *conspecta*, V ex *a* fecit *i* et supra versum posuit *d*, ut mendum indicaret.
85,20 F *n̄ ta c̄lusio*, v *nota collusio*, V *non tam* correxit, *collusio* praetermisit.
86,12 F *c̄lurchinationibus*, V *conlurchinationibus*.
87,7 FV *imeditatum*.
90,18 F *isyphas*, f* *sisyphas*, V *sisyphas* (littera *i* atramenti culpa obscurior).
97,23 F *scilice*, F¹ V *silice*.
98,11 F *nec c̄ff̄e ē*, f *necesse* + *nō ē*. V *necesse* *supscr. ē n̄* *non est*.

103,7 F *acceperit*, v *acce|ris.*[1]) V post *acce* addidit *pe*, non correxit *s*, vide p. 22.
103,17 FV *habes*.
108,2 F *estimasse*, V *exstimasse*, sed *x* expulit.
110,4 F *qvis*, v *quis enim*, V *enim* delevit et *vis* addidit, *s* non exstinxit, vide p. 22.
110,19 FV *inimicissimum*.
113,1 FV *condēpnandi*.

Subscriptio, quam Kruegerus V attribuit, in Vicentina eadem extat, nisi quod V in voce *Appuleii* alterum *i* expunxit.

Non alienum videtur esse hoc loco proponere, quae lectiones Vicentinae ex parte correctae sunt, cum Kruegerus eiusmodi locos a codice F discrepare opinatus non perspexerit, omnino nihil effici eis, quae praetermiserit V — haec autem numerari non possunt —, sed ita quaestionem esse instituendam, ut, quae correxerit, accurate comparentur cum libro Florentino.

10,17 F *fętulentum*, v *foeculentum*, V pro *c* scripsit *t*.
29,25 F *sustentui*, v *substentatui*, V *ta* expunxit.
31,5 F *cinicae*, v *cynice*, V virgulam addidit.
32,12 F *avito cū*, v *avito cl.*, V *cl.* delevit.
42,21 F *scillā*, v *scyllas*, V supra *a* lineolam posuit, quae *m* indicat, *s* non expunxit.
42,22 F *inpendio a piscatoribus*, v *inpenso pisces pretio a piscatoribus*, V correxit *inpendio* et delevit *pretio*.
43,26 F *interfeminium*, v *interfoemineum*, V pro *ne* scripsit *ni*.
46,17 F *cūripidi*, f *curipidi*, v *erupedi*, V *euri* pro *eru* scripsit.
57,5 F *cunctaris*, v *cōtaris*, V pro *o* scripsit *u*.
67,3 F *inducat u* (*u* non perspicuum, fortasse *in*), v *inducat in*, V *in* expunxit.
67,9 F *cuuntiare*, v *annunciare*, V pro *an* voluit *c*.
69,8 F *diu adventum*, v *diu usque ad adventum*, V *usque* delevit.
82,11 F *hiemps*, v *hyems*, V post *m* inseruit *p*.
84,16 F *fęda animi*, v *animi foeda*, V ordinem verborum mutavit.
85,14 F *comisatoribus*, f ut videtur *comesatoribus*, v *comessatoribus*, V pro *e* scripsit *i*.

1) | Finis lineae in Vicentina.

91,19 F *bucchones*, v *bochones*, V addidit *c*.
103,7 F *acceperit*, v *acce ris*, V in fine lineae adjecit *pc*.
110,4 F *qvis*, v *quis enim*, V pro *enim* legi jubet *vis*.

Discrepant F et V his locis: [1])

V Vicentinae lectionem cum codice F conspirantem tamen consilio correxit his locis:

*52,4 Fv *illecebris*, V *inlecebris*.
*53,12 F *ꝑcontatione*, v *percontatione*, V post *con* addidit *c*.
*61,6 Fv *scriptum*, V *scribtum*.
*81,7 Fv *scripsit*, V *scribsit*.

Victorius codicis F scripturam, quam erat editionis Vicentinae lectioni substituturus, minus religiose exaravit:

36,18 F *ē pedocli*, V perperam scripsit *est pedocli*. [2])
43,8 F *statū*, f *statuᵗᵒ*, V *statu*.
*60,22 F *vere*, in v deest, V addidit *vero*.

Semel litteras codicis F lectu difficiles lacuna indicata omisit: 73,19 F *sucipala est rici plena*, f* pro *rici* scripsit *risi*, V *sucipala-risi plena*.

Quid statuam de discrepantia inter F et V, anceps haeret iudicium, his locis:

*24,2 V addidit in margine *Archimedes*, nihil est in F.
29,9 V *extrariis*, F teste Luetj. *extrareis* (fortasse calami lapsu pro *extrariis*.) [3]).
*31,3 V in margine *Quadrigę albę ToGa Palmata*, nihil in F extare omnes testantur.
106,3 F *Caluus*, v *Calv'*, V in fine addidit *u*.

Quoniam Victorii ad Apologiae orationem latinam adnotationes quomodo a lectionibus codicis F differant, monstravimus, iam quotcunque errores in locis Graecis describendis ille commisit, proferamus.

1) Nolui enumerare minutias; fere sexagies alterius lectiones plene scriptae ab altero per compendium expressae sunt, nonnullis locis vocabula aliter distincta sunt a F, aliter a V, interdum *ae* pro *e* et *e* pro *ae* scriptum est.

2) $\bar{e}$ significat *em* et *est*.

3) *extrarius* in F extat his locis: Met. 148,4 et Flor. 29,10; de Apol. 23,4 nihil adnotavi, certe non est in F *extraneo*.

P. 7,1 versus Iliadis, qui deorum munera laudant, ex memoria adnotavit ne vestigia quidem scripturae codicis F adumbrans. Idem quattuor locis omisit litteras: p. 17,5 E (OCTΩN pro OCTEΩN); 34 PE (EΠAωTECO pro EΠAPECO TECO); 48 C (ATIKA pro ACTIKA); p. 76. NO (MOΞ pro MONOΞ.). Alias de suo addidit litteras: 41 Θ (ΦΘEIPEI pro ΦEIPEI, quod depravatum est ex ΦEPEI); 48 et 74 I (ΛEPMIO-ΠTEPA pro ΛEPMOΠTEPA et KAIKEINO pro KAKEINO), p. 92 E (EPΩCEΛΘEΠO pro EPΩCΛΘEΠO). Praeterea, ut, quae observavi, omnia complectar, saepius a Victorio propter formarum similitudinem inter se confunduntur hae litterae: α, ω; N, H, M; TI, IT, Π; CO, ω; Γ, T. Singulis erroribus scriptum inveni: Π pro P, C pro I, Z pro Λ, A pro Δ, C pro T, OV pro ω, Q pro C, K pro h, ψ pro +, V pro b, A pro V, NV pro IH, T pro Π, C pro $\overset{c}{c}$, O pro C, A pro E, V pro I. Semel $\overset{c}{e}$ pro I in rasura. Denique commemoro haec: p. 17,3 F ωπaj, V $\overset{h}{ω}$ πai; p. 35,1 F Λe$\overset{h}{Γ}$, V Λe^{h}Γ; ibidem F CO$\overset{ω}{Φ}$O-ΠETOC, V COΦΩΠETOC; p. 60 F hieran, V hiepòn; p. 75,5 F BACIΛEA, V BACÏΛEA; p. 92 F ΠANTON, V ΠA$\overset{ω}{N}$TON (ante ω nota obscura).

Videmus igitur Metamorphosibus Floridis Apologia perlustratis, locis longe plerisque Victorii notas concinere cum codice F, differre, si cum ceterorum numero comparemus, paucissimis, et inter hos paene nullum esse, qui nos cogat, ut alium praeter F fontem adnotationis Victorianae statuamus.

Etenim cum Victorii lectiones mirum quantum conspirent cum codicis F scriptura sive gennina sive a correctoribus effecta, non video, quibus deverticulis, quicunque exemplum Victorianum adhuc negabant fuisse codicem F, vitaturi sint, ne hoc quidem concedant, ex codice F iam correctores passo illud accuratissime vel emendatum fuisse vel descriptum. Hanc autem vanam futuram opinationem pluribus confutare non opus videtur esse, quippe quae ne speciem quidem veritatis habeat. Satis enim multa atque valida indicia praesto sunt, quae Victorianum codicem ab F diversum non esse coarguant: eadem scripta continuit, eodem scripturae genere exaratus, in eadem fuit biblio-

theca, denique minutiis exceptis easdem lectiones praebuit: de eo, quem finxit Kruegerus, nihil scimus, hoc tantummodo certum est, codicem Victorianum, si vere codex F non fuit, qui hodie extat Florentiae, quasi alterum geminumque F fuisse. Is vero consensus inprimis cernitur in eis codicis F scripturis, quae vel correctiones passae vel lectionibus variis sive interpretamentis instructae sunt: nunc insigniora quaedam testimonia allaturus sum, quibus simul et fides diligentiaque Victorii illustrabitur et venia errorum, quos neque ita multos neque graves commisit, impetrabitur.

Met. 14,1 F *habeat,* f supra lineam addidit t *habitat,* utrumque adscripsit V, φ *habitat.*

20,9 F *in deā* $\overset{sūm}{tu}$, V *in deā* $\overset{sum}{tu}$, φ_1 *in dām sū*, φ^2 addidit in margine *ū*

23,1 F *spoliaveris* et in margine addidit F^1 ⊥ *po,* v *spoliaveris,* V addidit *et in margine* t *po*, φ *spoliaveris.*

45,23 F *//// ere stet stet* (primum *e* ex *a* post erasam litteram fecit f*, qui etiam prius *stet* induxit), V primo *aere stet stet,* deinde *ere stet*, φ^1 *ea re stet et*, φ_2 *e////re st////et.*

46,21 F *nonens* et in margine ⊥, v *nonex,* V ⊥ *noncus*, φ_1 *nō*, φ_2 addidit supra lineam *ens.*

55,11 F teste Luetj. *metas* (*me* instauravit f* atque *e* ex *c* fecit), Wilm adnotat: *me refinxit corrector; quid primo scriptum fuerit, non liquet,* v *incitas,* V *obsoletus* ē *in ea dictione codex vēr* (?) *alia tū manu legr̄.* (?) *meta*, φ *incitas.*

141,19 F *adhornatus* (f* fecit ex *n t*), V *adhor*$\overset{n}{t}$*atus*, φ *adornatus.*

150,10 F *omnips et omnipo* (F^1 scripsit *a*) *t* (f* inde fecit *r*) *ens de assyria,* V *ōips et ōipotens de assyria,* φ *omnipotens et omniparens*

160,10 F *curriculi* et in margine *curuli,* idem V, φ *curriculi.*

171,8 F *cōphensos* et in margine *cp̄ssos,* idem V.

191,5 F *pastis,* f* *patros,* v *pastus,* V *patros uñ* (i. e. *unde*) *partes suspicor, q̄q̄* (i. e. *quamquam*) *confusa fereq; obsoleta est lectio ī vetere.*

203,6 V post *videbantur* hoc signo + posito adnotavit: *intervallum est integrę vocis in vetere,* in F testibus Luetj. et Wilm. spatium septem vel octo litterarum.

Iam exempla eadem satis docent, Victorium codicem φ non usurpasse.[1] Hoc firmatur etiam eo, quod codex φ Taciti libros, quos Victorium ex eodem manu scripto quo Appulei libros contulisse simillima fidem facit subscriptio, non continet, deinde quod Victorius unicuique Metamorphoseon libro extremo adnotationes subdidit, quae cum codice F fere congruunt, in codice φ vero omnino desunt.

Denique ut hanc absolvamus quaestionem, de Victorii tota corrigendi ratione exponam breviter, quo minus dubitent homines docti, quin, quaecunque restant discrepantiae, ad Victorium referre liceat. Etenim quamquam in universum summa cura codicem F excussit, non desunt errores diligentiaeque labantis quaedam indicia. Atque praeter ea, quae supra commemoravimus, haec fere digna sunt, quae proferantur. Saepe per compendia expressit, quae in codice F plene scripta leguntur, interdum *e* pro *ae* vel *ę* et *ae* pro *e* correxit, aliquot locis litteram, cui aliam substituit, non expunxit[2]; non semel pro compluribus litteris addendis unam tantummodo adiecit,[3] identidem non genuinam, sed correctoris lectionem, ut quae verum praebeat aut praebere videatur[4], recepit, saepe nota + vel ϛ. adscripta corruptelas quidem indicavit, neque vero scripturam

1) Cum Victorius in subscriptione, cui fides est habenda summa, se codicem comparasse dicat, de codicibus collatis nihil commemoret, falsa est opinio Keilii, qui eum complures libros adhibuisse censet. Quodsi Victorius codicem φ comparavit, hunc nec ullum alium praeter φ excerpsit, quod quidem non factum esse coarguunt ea, quae supra afferuntur.

2) Exempli gratia Apol. 42,21 v *scyllas,* V supra *a* lineam, quae litteram *m* significat, posuit, *s* non delevit.

3) Cf. Apol. 57,5 v *contaris,* V pro *o* scripsit *u*, *c* non addidit.

4) Apol. 15,8 F *saria,* V f* *sabia* (cf. Schuchardtum, *der Vokalismus des Vulgärlateins* I. 131. Wölfflinum, *lateinische und romanische Comparation* p. 83 et 88. Sittelium *die lokalen Verschiedenheiten der latein. Sprache* p. 69); 16,6 F *upiliones,* V f* *opiliones* (Schuchardt l. c. II. 150); 34,3 F *ecquandone,* V f* *etquandone;* 42,6 F *Nerei,* V f* *Nereidum;* 78,9 F *lubidinem,* V f* *libidinem;* 79,10 F *nubsisse,* V f* *nubsisset;* 85,19 F^1 Ic, V f* *hic;* 105,11 F *lectitare,* V f* *lectitarē.*

codicis F exaravit[1]), denique qui saepissime minutias correxit, idem non ita pauca vitia editionis Vicentinae graviora ex auctoritate codicis F emendare praetermisit. Quod ad illustrandum hi loci ex Apologiae initio sumpti sufficiant:

5,7 F *pertinacia,* v *pervicatia.*

6,1 F *possunt,* v *possis.*

6,6 F *agnovisse,* v *ignovisse.*

9,5 F *hoc quidem pacto,* v *haec quidem pacto.*

13,5 F *verum et,* v *virum atque.*

22,2 F *ut,* v *ubi.*

Ad extremum moneo non plane deesse locos, quos suam ad opinionem aut emendaverit[2]) aut explicaverit.[3])

Iam satis patet, Victorium, licet paullo plures fortasse gravioresque errores commiserit quam hodie condonetur eis, qui libros manu scriptos conferunt, tamen si pro temporis illius consuetudine aestimetur, *non sine summa diligentia*[4]) codicem excussisse. Quod ut effugeret novissimum Apologiae

1) Exempli gratia Apol. 14,5 v *delitiae stet;* V supra lineam crucem addidit, quod scriptura codicis correcta quidem, sed nondum emendata videbatur.

2) Met. 3,2 Fv *poetilen,* V *ę poecilen;* 15,14 Fv *ales,* V cruce mendum indicavit et in margine *sic tū solitū mistis ę hecales;* 68,23 F *schemis,* V *schemis ę schematis;* 70,6 vide p. 13 huius commentationis; 138,13 F *eractis,* V *evactis ę peractis;* 165,11 F *degerans,* V *degerans ę deierans;* 191,5 vide p. 24; 216,26 F *retabar,* V *retabar̊ opinor retardabar;* Flor. 22,8 V *exam̄aret ę exanimaret;* Apol. 47,5 F *ta quāquā,* V *ta quāquā ę aquam;*

3) Met. 57,25 F *mulcato,* v *mulctato,* V *mulcato: ē aut̄ mulcar̊ ꝑcuter̊ ut ī Terētio sepius licet ī eo q̊; sit corruptio dictio positūq; pro ea sit mulctar̊ ī vet. m̄ oib; legr̄ em̄datī* (?) *ut ī eo loco male mulcabo ipsam* (legitur in Eunucho 4, 7, 5) *ī Tacito q̊; saepius īvenies.*

58,20 F *propter,* v *prope,* V *propter r, v, h* (Luetj: *rectio verborum haec) propter aquę rivū.*

58,25 V ad *causariam missionem* haec adnotat *d̄ h̄ vid̄ Aug. Polit miscellaneorum cap. 82.*

58,28 V ad *vulturiis* addidit: *Cat. lingua execta avido sit data vulturio* (respicit ad Catulli carmen 108,4).

Apol. 13,7 longior adnotatio ad verba: *μηρῶν κτε.*

4) Sic Victorius ipse in subscriptione, vide Krueg. Apol. ed. praef. p. VIII.

et Floridorum editorem, Iosephi Muelleri improba neglegentia factum est. Kruegerus tamen in partem culpae eo venit, quod, cum aut omnes locos, quos Victorius exscripsit, afferre deberet, aut eos solos, quos ab F discrepare animadvertisset, maluit Victorii lectionum cum F congruentium delectu ad arbitrium facto alias commemorare alias omittere. Ita in Apologia, quam Victorius fere 850 locis correxit, Kruegerus non nisi ad 400 Victorii notas apposuit. Accedit vero altera nescio an gravior incuria, qua vel has adnotationes Kruegerus erroribus multis inquinavit.[1]) Nam, ut breviter complectar, quae peccavit ille, undevicies V pro v, duodecim locis v pro V posuit, duodetriginta falsam Victorii lectionem protulit, quindecim Victorii correcturam non intellexit, sexaginta fere Vicentinae verba non satis accurate expressit. Itaque tantum afuit, ut enotatis suis copiam lectori faceret de exemplo Victoriano iudicandi, ut eius rationem magis obscurasse quam illustrasse censendus sit. Sed haec hactenus. Iam huius commentatiunculae finem faciamus, qua lectiones Victorianas e codice F desumptas esse satis superque demonstrasse nobis videmur.

Particula II.

De correctoribus codicum F et φ.

Quoniam uberius comprobavimus, codicem Victorianum, qui dicitur, eundem cum F esse, iam alteram quaestionem nondum ab aliis consummatam instituamus, quae est de correctoribus codicum F et φ.[2]) Quam quod omnino suscipere licuit,

1) Quod eo minus suspicari licuit, quo accuratius interdum minutias indicat. Ap. 19,4 *si qn̄;* 44,13 *instruct'* (hoc compendium in v sexcenties occurrit); 88,11 *aī;* 88,15 *lr̄as;* 89,1 *orōne.* Falsas lectiones protulit: in v *lr̄as* p. 89,13; 93,1; 96,6; 96,21. 105,19 v *quancunqȝ* (non *quamcunque*).

2) Disseruerunt de hac re acute Luetjohannes in actis societ. phil. Lips. tom. III, p. 445 sqq. et Petschenigius in *Wiener Studien* anni h. saec. LXXXII, p. 136 sqq.

Inquisivi in Apologiae tantummodo lectiones, quod eidem in Metamorphosibus et Floridis, qui in Apologia, correctores sunt.

per Luetjohannis solius diligentiam fidemque factum esse profiteor. Non enim ex Hildebrandii aut Victorii notis correctorum manus saepe confundentibus saepe neglegentibus colligi quidquam potest, et Muellerus neque omnibus locis neque satis recte manus distinxit.

Luetjohannes igitur in codice F quattuor manus dignoscere sibi videbatur. Prima manus, quam littera F significavit, est librarii ipsius codicem describentis: huius correcturas indicat nota F¹. Deinde aliae tres scripturam codicis correxerunt manus: f, f*, manus recens. In codice φ manus distinguendae sunt tres: φ scribam codicis significat, φ_1 correcturas ab eodem factas, post hunc duo correctores, φ_2 et manus recens, in verba codicis emendanda operam intenderunt.

Qua autem diligentia librarius codicem φ ex F descripserit, accuratius explicare non in animo est. Sufficiat haec observatio: quaecunque fere ab eis, qui libros manu scriptos exaraverunt, peccata sunt, etiam in auctorem codicis φ cadunt: permultis locis litteras syllabas verba aut omisit aut de suo addidit, saepe lectiones codicis F non recte indicavit, est ubi vel coniungendo vel dirimendo verba deficiat ab F. Sed ut saepe exempli scripturam depravavit[1]), codicis scripturam aliquotiens emendavit, ita alias corruptam religiose depinxit.[2]) Crebro igitur diligentia eius laudanda, aliquanto saepius neglegentia vituperanda est. His praemissis quaeramus, quae fuerit condicio codicis F eo tempore, quo codex φ describebatur, id est utrum mutationes a correctoribus f et f* factas iam tunc passus an intactus fuerit videamus. Nec difficile est huius quaestionis aliquam partem statim extra dubitationem ponere.

Nam cum lectio codicis φ fere semper[3]) discrepet ab ea, quam f* restituit, mutationes f* factas esse apparet, postquam

1) Affero locos gravissimos: 17,17 F *scripsit*, φ *scupsit;* 24,14 F *esses*, φ *esse;* 30,12 F *frugifera prae*, φ *fructiferas pro;* 40,7 F *pariā*, φ *patriā;* 57,12 F *producas*, φ *productos;* 58,17 F *optinnirent*, φ *optinuerent:* 72,16 F *quo;* φ *eo.* 87,23 F *immobile*, φ *ingeniū mobile.*

2) Cf. p. 58,9 Fφ *nominasti sancit;* 78,24 Fφ *feciros.*

3) Conenit φ cum f* his locis: 25,3 F *idquę*, f*φ *idque;* 26,6 F *pacitatem*, φ f* *paucitatem;* 33,9 F *cepit*, f*φ *cepi;* 37,7 F *sc̄ę*, f*φ *sc̄e;*

φ ex F exscriptus est.[1]) Minus facile cognoscitur, quid de primo correctore f sit iudicandum. Quoniam conspirat fere φ cum lectionibus ab altera manu in F illatis, alterum alterius scriptura usum esse manifestum est; cumque sex locis[2]) idem sit in φ, quod in F prima manu scriptum et ab f postea correctum legitur, facile quis putaverit scribae codicis φ tribuendas esse, quaecunque discrepantiae sunt inter lectiones F et φ, correctorem f autem illis sex locis exceptis codicis φ vestigia secutum esse. Nec vero ita potest quaestio expediri. Nam quid impedit, quin scriptorem codicis φ mutationes ab f factas in suum usum convertisse, sexies autem lectionem correctam aut incuria praetermisisse aut genuinae postposuisse censeamus, praesertim cum φ non semel religiosissime exempli scripturam depinxisse constet? Atque hanc sententiam veram esse, nonnulli loci probant, quos iam afferam. Etenim quamvis multa librariorum neglegentiae tribui fere soleant, veri parum simile videtur esse, auctorem codicis φ ab exemplo sibi proposito discessisse nisi aut litterarum specie fallaci aut sententiae ratione sive recte sive secus intellecta commotum. Itaque 74,4 non librarius neglecta codicis F lectione *malā gratia* ex ingenio correxit *magnā gratia*, sed cum utrumque in exemplo scriptum videret, lectionem correctam quam genuinam maluit recipere. Itidem 27,3 non librarius, cum *simpulo* in codice F extiterit, *simpovio* scripsit nullo praeeunte, immo correctorem exempli f secutus est, qui verbo minus noto explicandi causa hoc vocabulum addiderat. Item correctoris ingenio, non librario φ, mutationes tribuo 83,14 *ut* pro *niūd*,

37,27 F *causā*, f*φ *causa;* 41,8 F *egregię*, f*φ *egregie;* 44,21 F *illut*, f*φ *illud;* 44,22 F *preraque*, f*φ *pleraque;* 53,1 F *praescribtum*, f*φ *praescriptum;* 89,20 F *nisciit*, f*φ *nesciit.*

1) Hoc inprimis perspicitur eis locis, quibus Fφ congruunt, f* aliquid erasit. 8,8 Fφ *tormento*, f* erasit *r;* 8,17 Fφ *diūque*, f* lineam delevit; 20,13 Fφ *possessio e culpatur*, f* *possessio culpatur;* 33,17 F *parcis*, F¹ *deparcis*, f* *parci;* 41,7 Fφ *amissurum*, f* *missurum;* 74,4 F *malā*, f addidit supra lineam t *magnā*, f* *magnā* erasit; 81,21 Fφ *hii*, f* *hi;* 114,6 F *improbe*, F¹ *improber*, f* *improbe.*

2) 45,11 Fφ *quercerum*, ut videtur f in margine addidit *q̄rceram;* 57,8 Fφ *hoccine*, f lenissime induxit alterum *c* (bis); 58,17 Fφ *illis*, f *illi;* 74,8 Fφ *sepulchrum*, f induxit *h*: 85,19 F¹ addidit lc. idem φ, f in margine *hic.*

43,8 *statuto* pro *statum*, 88,15 *famosissimas* pro *formosissimas*. Accuratiorem quodam modo quam his locis, quibus lectionem adscriptam solam recepit, se praestare videtur 66,13, ubi post lectionem a correctore adnotatam reddidit etiam primam, sed utramque depravatam.[1]) Diligentiae non minoris indicium est 85,22, ubi corrector, cum totum locum parum intellegeret, inserendum esse putabat vocabulum *qui*, quod scriptor codicis q, quamvis perperam intrusum, tamen descripsit, at descriptum induxit.[2]) Hoc exemplo quam maxime opinor firmatur sententia, ex qua omnes mutationes, in quibus consentiunt f et q, referuntur ad correctorem f, librarius autem verba correcta recepisse putatur; vix enim corrector ullus repetiit scripturas, quae quoniam falsae videbantur, expunctae fuerant

Quoniam satis explicavimus, cur codicem F iam antequam apographon q conficeretur, ab f emendatum fuisse censeamus, nunc ipsas correctoris f mutationes perlustremus, ut illarum ratione et origine, quantum fieri liceat, cognita dein certiore via in Appulei verbis revocandis ingredi possimus. Et mea quidem sententia desunt, quae lectiones ab f adnotatas fluxisse e codice aliquo evincant, argumenta graviora. Nam quaecunque fere f corrigendo sustulit, talia sunt, in quibus homines vel mediocriter docti vitia scribendi dignoscere valuerint. Alias corrector f fortasse etiam coniectandi libidini indulsit in modum plurimorum correctorum, qui, cum minus id operam darent, ut, quid sensisset scriptor, restituerent quam ut, quodcunque obscurum aut asperum impediret legentes, tollerent, structuras inusitatiores mutare, verbis insolitis solita substituere non dubitaverunt. Praeterea paucissimi tantum loci, quibus medelam difficilius erat prima lectione afferre, ab f correcti sunt; rarae autem lectiones occurrunt, de quibus nihil certi affirmari possit. Iam si singula consideramus, quae centum triginta fere locis[3]) f

1) *p̄tat p̄tad*; F *p̄teat*, f supra lineam addidit *p̄tereat* et in linea f* *p̄teat*.

2) Similem diligentiam cognosces correctoris q_2 p. 22,9, vide p. 34 huius commentationis notam 2.

3) Praeter undecim locos, quibus Luetjohannes non satis distingui posse dicit inter F[1] et f; addidi autem ex eorum locorum numero, quos utrum f an f* correxisset, idem dubius erat, eos, qui f tribuendi esse videntur.

mutavit, videmus fieri, saepissime ut virgulae[1]) litterae[2]) syllabae[3]) aut addantur aut deleantur, saepe ut lenius depravata corrigantur[4]), quater ut vocabula explicandi causa adiciantur[5]),

1) Linea addita lectio mutatur: 38,26 *parātur;* 67,5 *manū;* 80,20 *infestā;* 87,6 *disciplīmā;* 104,22 *pridē;* 105,7 et 110,18 *quidē;* 105,18 *cū;* 111,7 *maritū;* 112,13 *amplā.*

Linea deleta lectio mutatur: 18,6 F *reliquīt* (idem 35,12); 20,11 F *possessū;* 22,9 F *meditaẗum;* 25,6 F *manū;* 31,22 F *impenderē;* 33,6 F *splendidissimā;* 33,19 F *dicerē;* 43,26 F *obiectū;* 44,20 F *quesissē;* 46,17 F *cūripidi;* 58,1 F *tū;* 65,23 F *auditionē te istā;* 72,7 F *itā;* 77,1 F *causā;* 78,1 F *inridiā;* 80,19 F *vellē;* 87,11 F *Pudentillā*, F[1] *Pudentillē*, f *Pudentille;* 91,14 *occultabaī;* 92,20 F *tumaltū;* 108,19 F *occursū;* 112,16 F *adhortatū.*

2) Littera addita, quam uncis rotundis includemus, lectio mutatur: 37,15 *a(t)quae;* 60,26 *redu(u)darit;* 62,15 *criminari(s);* 73,15 *scele(s)tus;* 82,4 *po(s)sidebat;* 82,9 et 85,12 *fili(i);* 84,10 *trau(s)gredi;* 88,11 *mo(l)litia;* 93,6 *nun(c);* 94,2 *hoc(c)ine;* 110,25 *ho(c).*

Littera deleta, quam uncis angulatis includemus, lectio mutatur: 10,10 *⟨m⟩aequius;* 10,18 *hominī⟨s⟩;* 23,17 *ca⟨i⟩ra;* 24,2 *tracta⟨n⟩t;* 25,6 *potuerī⟨t⟩;* 27,12 *⟨h⟩audirent;* 28,25 *Lael⟨l⟩ius;* 29,20 *co⟨h⟩ercere;* 29,24 *⟨h⟩onere;* 30,12 *⟨h⟩ornatissimas;* 32,11 *⟨h⟩ostendiscis;* 32,22 *⟨h⟩istis;* 36,19 *mi⟨c⟩hi;* 51,1 *lib⟨e⟩ros;* 56,4 *odore⟨s⟩;* 57,8 *hoc⟨c⟩ine;* 57,21 *t⟨a⟩* vel *e⟩ etra;* 58,17 *illi⟨s⟩;* 62,11 *delinqui⟨?⟩s;* 70,3 *temperare⟨t⟩;* 74,8 *sepulc⟨h⟩rorum;* 75,19 *immolan⟨s⟩das;* 79,22 *assuetudine⟨t⟩;* 81,19 *honori⟨s⟩;* 82,4 *reliquera⟨n⟩t* et *quadragie⟨u⟩s;* 82,21 F *cupidus*, F[1] *cupidūs*, f *cupidū;* 85,23 *prius ⟨s⟩abeunt;* 88,10 *Cli⟨s⟩teñstre.*

3) Syllaba, quam uncis circumdabimus, additur: 42,6 *Nerei⟨du⟩;* 56,13 *re⟨li⟩gionem;* 78,19 *intelle⟨gere⟩tur;* 82,3 *fratri⟨q;⟩* et *facul⟨ta⟩tibus;* 82,16 *ho⟨no⟩rem;* 105,20 *ora⟨ti⟩onem.*

Syllaba deletur: 11,5 F *humile est et*, f *humile et;* 82,10 F *nūquā me*, f *nūquā.*

4) 16,6 F *rusticanies*, f *rusticanus;* 20,17 F *fatear*, f *fateor;* 20,22 F *praemia*, f *praemio;* 23,1 F *exubiet*, f *exubię;* 30,12 F *vaculo*, f *baculo;* 43,8 F *statū*, f *statuto;* 44,15 F *capillū*, f *capillo;* 45,19 F *occiduu*, f *occidua;* 53,12 F *Mitriridatici*, f *Mithridatici;* 56,16 F *dementire*, f *dementiri;* 56,20 F *marmure*, f *murmure;* 62,16 F *sudariolo*, f *sudariola* (62,23 F *linteolo*. f *linteola);* 66,13 F *p̄tead*, f *p̄tereat;* 68,1 F *Alixi*, f *Ulixi;* 69,17 F *nꝰtior*, f *notior;* 70,8 F *salibosa*, f *salivosa;* 72,2 F *interiui*, f *interī;* 73,1 F *euusceratam*, f *euisceratam;* 81,24 F *et ta*, f *ita;* 82,17 F *salutum*, f *salutem;* 84,26 F *intemporantissime*, f *intemperantissime;* 92,16 F *volerent*, f *volarent;* 96,5 F *inuanimum*, f *inanimum;* 105,12 F *Abiti*, f *ariti;* 110,17 F *tabulin*, f *tabulis.*

5) 27,3 F *simpulo*, f (aut f*) add. *t simpucio;* 45,16 f add. in n argine *nominarerī;* 74,4 F *malā*, f ut videtur *t magnā;* 84,6 F *arebat*, f *t cupiebat.*

bis ut syllabae errore repetitae expungantur[1]), semel ut verba recte distinguantur[2]).

Notatu digna sunt exempla, quae nunc proferam.

9,9 pro *etiam*, quod ineptum est, scripsit f *iam*, quia notionem celeritatis desiderabat, qua scriptor se iam ad versus suos transiturum esse significet.

9,11 F *sucensentem*, f (aut f*) *suscensentem* (non *succensentem*), quod in codice F formas antiquas saepissime usurpatas esse observaverat. Vide Kuehneri gramm. lat. I, 626. Eadem causa 83,6 et 11 f (aut f*) posuit *puplice* pro *publice* et 85,14 pro *comisatoribus* scripsit f *comesatoribus*.

36,19 F *michi*, f *mihi;* sexcenties[3]) *c* expungere praetermisit.

67,17 F *idque*, f *idq;*, ut impediret, ne illud *id quae* significare videretur.

67,20 F *ērepat*, f *correpat*, ut formam sibi consuetam restitueret; eadem de causa 53,17 *crumena* pro *crumina* et 78,9 *libidinem* pro *lubidinem* scripsit corrector f.

83,14 *ut* scripsit f pro *niid*, quod non intellexit esse *ni id*, sed fortasse legit *nud*.

85,19 Ic correxit f ex ingenio ut videtur in *hic*[4]); *inquam* repetiit, ut enuntiati vim augeret.

85,22 sententia non intellecta perperam addidit *qui*.

109,17 F *Pudentilla*, f *Pudentille;* nominativo opus esse apparet, corrector somnians legit.

Quoniam quid de f et φ sit iudicandum, exemplis firmavimus, iam quae ratio inter correctores φ_2 et f* intersit, inquiramus. Quamquam non omnes lectiones f* in codicem φ

1) 21,18 F *repu repud*, f delet *repu;* 113,12 F *formormatum; mor* linea confodit f.

2) 61,22 F *vanased*, f *vanas ed*.

3) In rebus orthographicis neque librarii neque correctores sibi constant; quod cadit inprimis in verborum compositorum scripturam.

4) Fortasse Ic nihil aliud est quam signum, quod in codice F occurrit p. 84,20 ante *paucis* et 22 post *conflavit*.

a φ_2 translatae sunt[1]), atque nonnullis locis[2]) aliud a f*, aliud a φ_2, correctum est, non semel autem a φ_2 codicis φ lectiones mutantur, f* in codice F nihil adnotante, tamen persuasum habeo, alterutrum alterius mutationes vidisse, quia congruunt in aliquot lectionibus gravius depravatis.[3]) Quodsi, uter prior correxerit, instituimus quaestionem, ob causas antea allatas principio anceps haerebit iudicium. At haec quoque dubitatio expedietur, ubi diligentius perscrutati erimus, quae correcta a f* in codice φ legantur. Reperiemus autem correctorem f* fere eodem modo, quo f, res minoris momenti curavisse, raro vitia graviora attigisse, correctorem φ_2 multo saepius mendis et levioribus et gravioribus sublatis probabilem sententiam revocare studuisse. Quodsi igitur f* usum esse mutationibus φ_2 statuitur, non explicari potest, quod in F praeter quisquilias quasdam nihil fere correctum invenitur, quamquam codex φ mutationibus insignioribus a φ_2 factis abundat. Quid quod duobus locis[4]) lectiones a φ_2 vel recte vel certe ingeniose restitutas f* non modo adscribere omisit, sed etiam ipse absurdissime — si codicem φ inspexisse eum arbitramur — correxit. Quae cum ita sint, nihil aliud veri videtur simile esse nisi hoc, φ_2, quae f* proposuerat, legisse ac secundum auctoritatem eius saepius codicis φ scripturam mutasse. Nec video, cur hanc sententiam amplecti dubitemus, praesertim cum satis perspicuum sit, correctorem φ_2 eam rationem in lectionibus f* recipiendis secutum esse, ut quaecunque aut levia aut falsa prolata essent[5]), non reciperet. Praeterea quin correctorem φ_2 emendationes f* in suum usum convertisse putemus, ne hoc quidem obstat, quod ita statuentibus codicem F usurpatum

1) Fere quinquaginta locis consentiunt f* φ_2.

2) 25,1 f* *serior* (*vor*) *ne abeas*, φ_2 *serros ne habeas;* 25,8 f* *dicit*, φ_2 *venit;* 25,4 f* *abiecit*, φ_2 *obiecit;* 41,7 f* *missurum*, φ_2 *emissurum*, *fuisset* φ_2 *fuisse*, *quidem*, φ_2 *quid;* 43,2 *paraveris*, φ_2 *papareris;* 74,3 *aut*, φ_2 *duit;* 83,20 *quam*, φ_2 *deoq;—q̄d̄oq;* (sed *o* delevit).

3) 10,17 *īmundū;* 49,3 *Tarenti;* 49,7 *umbram;* 60,23 *ē;* 73,19 *pala est risi;* 85,7 *exossis;* 88,7 *mortē* (F *morā*).

4) 25,1 et 43,2; vide notam 2.

5) Falsam f* lectionem recepit φ_2 73,19 *pala est risi*.

esse a φ_2 concedendum est. Nam a correctore φ_2 alium librum et eum Florentino simillimum comparatum esse, evidenter docent et lacunae in φ expletae[1]) et correcturae, quae, nisi eas ex codice aliquo Laurentiani 68,2 compari fluxisse sumimus, explicari nequeunt.[2]) Itaque cum φ_2 librum manu scriptum codicis F consimilem adsciverit cumque consensu lectionum correctoris f* notas ab φ_2 usurpatas esse monstretur, quid poterit credibilius excogitari, quam ipsum codicem F a φ_2 esse collatum? Quamquam permulta restant, quae, cum in F non legantur, ad φ_2 referemus; quod si facimus, vix timemus, ne notam temeritatis audaciaeque subeamus, cum p. 74,5 is, cuius correctiones nota φ_2 indicamus, aperte significet, sese ex ingenio scripturam mutasse.[3]) In his correctionibus ei crebro emendationem contigisse negari nequit.[4]) Sed moleste ferimus, quod lectiones exempli sui non accurate distinxit ab eis, quas ipse coniectura adsecutus est. Vide modo: ut identidem vocabula ex ingenio emendata nullo signo addito adnotavit[5]), ita lectiones e codice descriptas indicavit praeposita litterula ϛ[6]), qua sae-

1) 28,1 *non putas . . . . opulentiae;* 31,20 add φ_2 *plerisq;* 66,8 *sanctissimis . . . . rebus;* 80,19 *sed . . . . nescio.*

2) 22,9 F *meditatum, fφ meditatū,* φ_2 add. *rū*, sed rursus expunxit; 34,4 Fφ_2 *crepitu,* φ *strepitu;* 37,24 Fφ_2 *falso,* φ *falsa;* 46,12 Fφ_2 *quē,* φ *quā;* 51,23 Fφ_2 *iocinena,* φ *iocinera;* 72.16 F *quo,* φ *eo,* φ_2 *q̄;* 74,4 F *malā,* f add. ŧ *magnā* (erasit f*), φ *magnā,* φ_2 add. ŧ *malā.*

3) 74,5 F *obrias,* φ *obias,* φ_2 ϛ *obrias* ŧ *obeas.* Dignus est commemoratione locus p. 39,17 F *tannonī pudens,* f* *tannoni* correxit pro *tannonī,* φ *tam non inpudens,* φ_2 *an non impudens* et in margine ϛ *tannoni.* Videtur φ_2 primo emendationem temptasse, deinde exempli auctoritatem secutus esse.

4) 25,1 *serrosne habeas;* 25,4 *obiecit;* 25,8 *venit;* 31,16 *censum;* 35,9 *quippe quae;* 46,6 *secta;* 53,24 *intersitas;* 58,9 *nominastis an ut;* 58,27 *quiscires;* 69,4 *fumigatos;* 73,2 *tam evidens;* 74,3 *duit;* 106,7 *eum.*

5) Cf. 12,9 Fφ *aptam,* φ_2 *aptam;* 17,17 F *scripsit,* φ *scupsit,* φ_2 *sculpsit;* 18,17 *immodico* (Rohdius ante *immodica* inseri voluit *ri*).

6) 24,4 F *haud,* φ *aut,* φ_2 ϛ *haud;* 27,3 F *sinpulo,* f aut f* *at simpurio,* φ *simporio,* φ_2 *simpurio* et in margine ϛ *sympulo;* 31,21 F *dubitassē,* φ *dubitasse*^{s}, φ_2 ϛ *em;* 68,24 F *interemisset,* φ *interemisse,* φ_2 ϛ *set;* 74,6 Fφ *larbarum,* f* *larrarum,* φ_2 ϛ *larrarum;* 79,20 Fφ *egritudine,* f* *egritudinē,* φ_2 ϛ *nem;* 88,5 F *digna,* φ *dignā,* φ_2 ϛ *digna.*

pissime suos emendandi conatus significavit.[1]) Moneo ad extremum, correctorem φ_2 et ingenio et doctrina superasse correctores f et f*.

Hanc sententiam comprobabunt lectiones correctorum f* et φ_2, quae nunc proferentur: et illius quidem nulla inveniuntur exempla, quae ad codicis alicuius auctoritatem referenda esse videantur. Nam praeter pauca menda graviora talia fere correcta sunt, qualia ab homine mediocri doctrina instructo inter legendum nulla mora emendari possunt. Saepe virgulam delevit aut addidit, alias litteram expulit aut adiecit, aliquot locis littera mutata veram lectionem restituit[2]); est ubi manum scriptoris corruperit forma tralaticia insolentiori substituta.[3])

1) Perperam correxit φ_2 saepius; affero haec exempla: 17,17 F *scripsit,* φ *scupsit,* φ_2 *sculpsit;* 23,2 φ *offendeŕt,* φ_2 *offenderīt;* 25,19 φ *Manio,* φ_2 *Marco* (idem 25,21 et 27,4); 31,6 Fφ *baculā,* φ_2 *baculus;* 32,24 φ *q̄dam,* φ_2 *ydam;* 38,6 Fφ *eruptum,* φ_2 ϛ *erutā;* 46,23 Fφ *comperio romanis,* φ_2 pro *nis* scripsit *nos;* 53,15 Fφ *denariū,* φ_2 *denarios;* 62,6 Fφ *contenderi,* φ_2 *contendere;* 93,25 Fφ *nullā impertitā ora,* φ_2 *nullā impertitā horā.*

2) Virgula vel linea deleta lectio mutatur: 8.17 F *diū;* 14,13 *hęc;* 21,7 *ętatis;* 22,4 *cōmendabilem;* 25,3 *idque* (vide p. 32 huius commentationis 67.17); 27,10 *illę;* 34.11 *lingaā;* 37.7 F *sęc,* f* *sce;* 37,25 *causā;* 39,17 *tannanī;* 41,8 *egregię;* 78,10 F *šint,* f* *sint:* 80,16 *manū;* 105,11 *lectitarē.*

Lineolam addidit f*: 42,20 *famē;* 79,8 *invitā;* 79,12 *condicionē* (f* etiam *ei* pro *ti*); 79,20 *egritudinē.*

Litteram, quam uncis angulatis inclusi, delevit: 10,8 *nol[l]it;* 20,9 *consuesse [t];* 20,13 *possessio [e] culpatur:* 33,9 *cepi [t];* 49,3 *tar[g]enti;* 53,18 *habere [m].*

Litteram, quam uncis rotundis inclusi, addidit: 9,11 *su(s)censentem;* 9,18 *pro(s)peris;* 10,17 *(i)mundum;* 16,6 *bu(s)sequas;* 26,6 *pa(u)citatem;* 42,22 *omni(ū);* 44,6 *interfemin(i)ā;* 74,12 *vesti(ga)vit;* 79,10 *nubsisse(t);* 81,5 *scire(t);* 84.2 *matrimoni(i) aliquantisper;* 90,18 *quis (s)isyphas;* 94,22 *gratia(s).*

Aliis modis correxit: 7,9 F *dissolcerit,* f* *dissolveret:* 8,2 *ornaverint,* f* *ornaverunt;* 9,13 F *dentifrigio,* f* *dentifricio;* 15,8 F *savia,* f* *sabia;* 20,13 F *docear,* f* *doceas;* 33,14 et 44,21 F *fribola,* f* *frivola;* 34,13 F *nosce,* f* *nosse;* 43,2 F *pararerit,* f* *paraveris;* 44,22 F *preraque,* f* *pleraque;* 49,7 F *umbra in,* f* *umbram;* 63,7 F *solas,* f* *solus:* 74,12 F *estīmo,* f* *extimo;* 79,23 F *extremā,* f* *extremū;* 84,1 F *probes pectas semet,* f* *probe spectassem et;* 86,15 F *pastam,* f* *partum;* 87,1 F *derelictā,* f* *derelictā;* 88,7 F *morā,* f* *mortē;* 89,14 F *efflictū.* f* *efflictī.*

3) Vel vice versa: 12,5 et 10 F *vorsus,* f* *versus;* 16,6 *apiliones,* f*

In locis obsoletis plerumque recte scripturam genuinam instauravit[1]), quinque locis compendia codicis F plena scriptione explicavit[2]), quinquies litteras ab F correctas erasit, neque vero semper lectionem F restituit[3]), bis lectionem correctura F¹ indicatam auctori reddidit[4]), semel correxit addito t semel addito ç[5]), quinquies recte distinxit[6]), semel distinctionem delevit (77,1), semel coniunxit, quae separata erant in F[7]), duobus locis explicationem addidit[8]). Denique mutationum ab f* fac-

opiliones; 16,8 F *Fubriciis*, f* *Fabritiis*; 33,17 F *parcis*, F¹ *deparcis*, f* *parci*; 42,8 F *negoti*, f* *negotii*; 44,21 F *illut*, f* *illud*; 53,1 F *praescribtum*, f* *praescriptum*; 58,17 F *optinnirent*, f* *obtinnirent*; 67,15 F *lurconis*, f* *lirconis* (Met. 150,8 *lyrchonē*); 69,16 F *nomenclatoribus*. f* *nomenctatoribus*; 74,6 F *larbarum*, f* *larrarum*; 80,3 F *raletudinem*, f* *ralitudinem*; 81,8 F *raletudine*, f* *ralitudine*); 87,11 F *quadrigiens*, f* *quadragiens*; 87,13 F *circumrenisset*, F¹ in margine *ret*, f* *circumveniret*; 89,20 F *nisciit*, f* *nesciit*; 92,1 F *defrudentur*, f* *defraudentur*; 94,20 F *acerviores*, f* *acerbiores*; 107,23 F *reliquid*, f* *reliquit*; 108,3 F *scribsit*, f* *scripsit*; non sibi constat: p. 25,10; 33,22; 42,21; 42,23; 63,4 pro exitu nominativi pluralis numeri tertiae declinationis legi voluit *es*, contra 61,2 et 11,23 pro *es* scripsit *is*; 16,6 *upiliones* in *opiliones* mutavit, nihil mutat 97,2; 47,9 *conscribta* posuit pro *conscripta*; contra 53,1 et 108,3 ex *b* fecit *p*.

1) Cf. 16,3 *puerīū*; 25,4 *abiecit*; 41,4 *quibusdū*. Male instauravit exempli lectionem 41,7 F *amissurum*, f* *missurum*; 66,13 F *p̄tead*, f* *p̄teat*; 74,3 F *dut*, F¹ addidit in margine *det*, quod erasit f*, f* in linea *aut*; 107,17 F *Chaldaeos*, f* *Chaldaeus*.

2) 15,3 F *aū*, f* supra lineam *aute*;; 16,11 F *dš sit*, f* erasit et supra lineam addidit *deussit*; 38,16 F *magiā*, f* *magian* (sic); 41,3 F *ciraeciā*, f* *Graeciam*; 46,8 F *q̄uisita*, f* *conquisita*.

3) 36,16 F *nominant*, F¹ *nominent*, f* *nomin[illegible]nt*; 68,6 F *rllturios*, F¹ *culturios*, f* *c[illegible]lturios*; 80,7 F *relrt*, F¹ *relut*, f* *rel[illegible]t*; 99,18 F *cestu*, F¹ *gestu*, f* *[illegible]estu*; 114,6 F f* *improbe*, F¹ *improber*.

4) 9,2 F *dicunto*, F¹ add. in margine *can*, f* *dicant*; 112,1 F *tutor*, F¹ in margine *tu*, f* in linea ex *tator* fecit *tutor*.

5) 51,21 F *obsono*, f* add. supra lineam *t obsonio*; 85,7 F *exonis*, f* add. supra lineam *ç exossis*.

6) 44,19 F *has cenugas*, f* *hasce nugas*; 66,19 F *adgnom̄. tue s*, f* *adgnom̄ta ei*; 71,24 F *mecum*, f* *me cum*; 84,2 F *matrimoniali quantisper*. f* *matrimonii aliquantisper*; 108,24 F *magistro sitabat*, f* *magistros itabat*.

7) 67,18 F *tae dae*, f* *taedae*.

8) 21,6 F *ęquera*, f* *equa*; 25,8 addidit f* *dicit*; ineptae sunt lectiones f* his locis: 16,11 F *ū erant*, f* *ērant*; 25,1 F *serror ne habeas*, f* *serior*[ror] *ne abeas*; 25,21 F *calones*, f* *colonos*; 34,3 F *ecqandone*, f* *quandone*; 43,2 F *paraverit*, f* *paraveris*; 60,14 F *et regiam*, f* *egregiam*; 73,19 F *pala est rici*, f* *pala est risi*; 89,27 *ū* expunxit f*; 91,18 F *concivere turbabat*, f* *concives returbabat*; 91,23 F *calumniae*, f* *calumnia*.

tarum exempla nonnulla afferam ideo notatu digna, quia corrigendi causa aut correctoris consilium vel aegre vel omnino non perspicitur.

14,5 F *delicię stet*, f* *delitescet*, causam recte explicat Koziolius.[1])

18,4 addidit f* *igitur*, fortasse quia asyndeton displicebat, particulam inserens saepius imperativo adiectam.

21,1 F *diutina*, f* pro *a* scripsit *o*, littera evanida non intellecta.

41,3 F teste Luetjohanne *subsicivam*, f* *subsicinam*.

41,16 F *marino*, f* teste Luetjohanne post *mari o* refingere voluit, sed *o* scribi a se coeptum delevit et *no* supra lineam posuit.

60,23 F obsoleta lectio est: *st* aut *sit*, f* *ē* (i. e. *est*).

83,20 F *deq;*, f* *deoq;*, requiritur *denique* (*dēq;*).

87,17 F *faciant*, F¹ in margine add. *t*, f* *facian////*; requiritur *faciat*.

Iam ad correctoris q_2 lectiones afferendas transeuntes nosmet haec observasse praemonemus: saepe concinere q_2 cum F, cuius auctoritatem eum secutum esse supra ostendimus, saepius distare, ita tamen, ut fere semper causa intellegatur, vix uti opinioni locus esse possit, q_2 alio libro manu scripto usum esse. Affero eos solos locos, quibus F et q_2 distant. Saepe scripturam vulgarem restituit corrector q_2[2]), decies recte

1) In programmate gymnasii Leopoldstadensis Vindobonae edito a. 1869 p. 38, idem in libro *der Stil des L. Apuleius* p. 301.

2) 7,3 Fq *aspernunda*, q_2 add. supra lineam *nā*; 8,5 Fq *exsorbet*, q_2 *exorbet* (Brambach l. c. p. 278); 12,5 et 10 Fq *vorsus*, q_2 *versus* et 44,1 Fq *vortebat*, q_2 add. *ū* (voluit *vertebat*); 23,1 *exubię—exurię* (61,11 q *exubias*, q_2 *exurias*); 32,21 *sucidum—succidum* et 8,5 q *sucum*, q_2 *succum* (Corssen, *Über Aussprache, Vokalismus* etc. 399. p. 38); 33,21 F *convicia*, q_2 *convitia*. (Fleckeisen, 50 *Artikel* etc. p. 15); 35,14 et 41,1 *Zoroastri*, q_2 add. in fine *s*; 42,8 F *negoti*, q_2 add. *i* (similiter 53,13; 94,4); 54,3 et 60,14 Fq *relud*, q_2 *relut* (similiter 61,6; 84,19; 86,8; 89,13); 54,7 Fq *sollers*, q_2 *solers* (Corssen l. c. p. 225); 61,11 Fq *stelionum*, q_2 add. *l* (Brambach l. c. p. 260); 62,29 q *is*, q_2 *iis*; 72,10 q *adulescente*, q_2 *adolescente*; 73,2 q *larrilem*, q_2 *ē larrale*; 73,11 et 18 q *em*, q_2 *en*; 74,6 q *larbarum*, q_2 *larrarum*; 87,11 q *quadrigiens*, q_2 *quadragiens*; 94,4 q *puplicari*, q_2 *publicari*; 102,13 q *fuat an*, q_2 *ē forsitan*; 103.21 q *reperisset*, q_2 *repperisset*; 105,5 q *di*, q_2 *dii*; 113,3 q *saltū*, q_2 *saltē*.

distinxit[1]), aliquoties in verbis compositis praepositionem mutavit[2]), ter litteras perperam insertas expunxit[3]), lineolam sexies delevit[4]), sexies addidit.[5]) saepe emendationem facillimam aut effecit aut temptavit[6]), est ubi perperam mutaverit codicis F lectione

1) 16,11 *q dā sit*, q_2 *deussit*; 30,2 *q cuiquam*, q_2 *cui quam*; 36,18 *q ē pedocli*, q_2 *ēpedocli*; 44,19 *q has cenugas*, q_2 *hasce nugas*; 45,12 *q vices*. q_2 *vix es*; 64,12 *q statu aefemore*, q_2 *statuae femore*; 66,6 *q Pythagora escitis*, q_2 *Pythagorae scitis*; 66,19 *q adgnom tae i*, q_2 *adgnomenta ei*; 71,24 *q mecum*, q_2 *me cum*; 89,4 *q tū e*, q_2 *tu me*.

2) 21,10; 22,12; 33,14; 38,4; 99,1; 109,2 *ass* . . pro *ads* . .; 25,14 *opprob* . . pro *obprob* . . (26,8 et 29,13 *obpr* . . non correxit); 40,16 F *iulices*, *q ilices*, q_2 *illices* (87,7 F*q inlices*, q_2 *ę illices*); 42,21 et 107,12 *imp*. . .; 56,13 et 64,23 *aff*. . .; 23,6 *q āminiculo*, q_2 *adm*. . . scripsit pro *ām*; 108,12 F*q ammonetis*, q_2 *admonetis*; 58,17 F *optinuirent*, q_2 *obtinuirent*; 96,7 F*q offnturas*, q_2 *obfuturas*.

3) 20,13 *possessio [e] culpatur*; 56,8 *caducos [c] onsternendos*; 66,12 *ad [ii] hoc*.

4) Lineolam expunxit: 34,11 *q linguā*, q_2 *lingua*; 53,19 *q haberē*, q_2 *habere*; 66,14 *q gratiā*, q_2 *gratia*; 77,1 *q causū*, q_2 *causa*; 78,12 *q effūdere*, q_2 *ę effudere*; 83,1 *q prospectū*, q_2 *ę prospectu*.

5) Lineolam addidit: 42,20 *famē*, 52,10 *ūnihil*; 53,4 *nescientē*; 55,14 *vellē*; 79,8 *eā*; 79,20 *egritudinē*.

6) Manifesta erat emendandi ratio his locis: 15,16 *q Propertiā*, q_2 *Propertiū*; 20,9 *q consuesset*, q_2 *consuesse*; 20,9 *q tragidii*, q_2 *tragedi*; 23,4 *q extralio*, q_2 *extario*; 23,9 *q tangant*, q_2 *tangant*; 25,4 *q abiccit*, q_2 *obiecit*; 25,8 *q reniat*, q_2 *renit*; 25,22 *q Sarinis*, q_2 *Sabinis*; 27,8 *q extantibus*, q_2 *sextantibus*; 28,6 *q honeri*. q_2 *oneri*; 31,13 *q asscitus*. q_2 *ascitus*; 31,16 *q seusum*, q_2 *censum*; 31,16 *q diserandum*, q_2 *disserandum*: 33,17 F *parcis*, F[1] *depaveis*, f* *parci*, *q deparcis*, q_2 *s* erasit; 39,3 *q nullū*, q_2 *nullā*; 40,7 F *puriā*, *q patriā*, q_2 *paria*; 41,7 *fuisset*, q_2 *t* expunxit; 45,2 *q echinū*, q_2 *echiuorum*; 45,22 *q Theoprastum*, q_2 *h* addidit; 49,1 *q pecte*, q_2 *n* addidit in fine; 49,5 *q celebrum*, q_2 *cerebrum*; 51,21 *q obsono*. q_2 *obsonio*; 51,22 *q accurandam*, q_2 *accusandam* (idem correxit *c* in *s* 55,10); 53,14 OLX—CLX; 53,17 *q locarum defosso*, q_2 *locorum defossa*; 53,24 *q intersitus*, q_2 *ę intsitas*; 54,22, 55,5; 9; 57,12; 58,1; 69,18 add q_2 *h (ex—adib....)*; 58,17 *q illis*, q_2 *illi*; 63,3 *q interrogaret*, q_2 *ę res*; 63,27 *solas*, q_2 *solus*; 69,4 *q fumigat*, q_2 *ę fumigatos*; 70,5 *q baluam*, q_2 *beluam*; 79,10 *q uupsisse*, q_2 *ę set*; 84,10 et 105,4 *q herrorem*, q_2 *errorem*; 86,22 *q deortantibus*, q_2 *dehortantibus*; 89,14 *q efflictū*, q_2 *efflictim*; 91,16 *q quaeris*, q_2 *ę q̄ris*; 94,20 *q acerriores*, q_2 *acerbiores*; 94,22 *q gratia*, q_2 *gratias*; 96,1 *q capesceret*, q_2 *capesseret*; 96,7 *q me*, q_2 *mei*; 102,15 *q capens*, q_2 *capiens* (Jahnius sagaciter *cape sis*); 109,9 *q donaset*, q_2 *donasset*; 109,21 *q oravit*, q_2 *orari*.

neglecta[1]), ubi scripturam exempli sui ex parte tantum adnotaverit.[2]) Denique moneo eum fere vicies *is* scripsisse pro tertiae declinationis terminatione *es* praemisso *pro*, semel adiecto

Difficiliores erant hi loci: 12,9 F*q aptam*, q_2 *aptam*; 15,9 F*q et nā*, q_2 *et iā*; 18,11 F*q natura*, q_2 *t nativa*; 18,17 F*q immodica*, q_2 *immodico*; 19,9 F*q relinquat*, q_2 *n* expunxit; 25,1 F *servor ne habeas*, f* *servior ne abeas*, *q servor ne an habeas*, q_2 *serros ne habeas*; 25,24 F*q operatione*, q_2 *ę oratione*; 29,5 F*q scis*, q_2 expunxit *c*; 29,18 F*q pancioris habeo*, q_2 *ę quod serros*; 32,13 F*q ei Ideo*, q_2 *video*; 34,11 F*q ago*, q_2 *ę ego*; 35,9 F*q quippeq*, q_2 *ę que*; 38,6 F*q eruptum*, q_2 *ę erutū*; 39,17 vide p. 34 notam 3; 41,7 F*q qdē*, q_2 *qd*; 42,14 F*q aliqua*, q_2 *ę alū*; 42,22 *omni*, q_2 et f* add. in fine *ū*; 43,2 *paraverit*, q_2 *ę papaceris*; 46,6 *recta*, q_2 *ę secta*; 49,7 *umbra in*, q_2 *umbrā*; 54,4 *praesagare*, q_2 *ę p̄sagire*; 54,8 *an*, q_2 *ę aut*; 54,28 F*q rusa de oīu*, q_2 *rus ado iā* (idem voluit Goldbacherus Z f. ö. G. 1867, p. 40); 55,4 F *ū*, q_2 *ę nos*; 57,6 *respectus*, q_2 *respectas*; 57,14 *quod*, q_2 *ę quot*; 58,8 F *ad*, *q ac*, q_2 *at*; 58,9 F*q nominasti sancit*, q_2 *nominastis an ut*; 58,17 F*q eorum*, q_2 *ę eurum*; 58,27 *qs ejres*, q_2 *qscires*; 59,6 *anguiritur*, q_2 *pro ī*; 60,2 *si*, q_2 *sit*; 61,2 *sonora et*, q_2 *sonore et*; 65,14 *vanas*, q_2 *varias*; 67,18 *tae dae*, q_2 *a tede*; 69,7 F*q plumbe ac*, q_2 *ę bee*; 73,2 *tū vi*, q_2 *ta*; *evi*; 73,8 F*q victimas*, q_2 *ę mis*; 74,3 F *dut*, F[1] in margine *det*, f* *det* erasit et in linea *aut*, *q det*, q_2 *duit*; 74,9 F*q abest*, q_2 *ę es*; 76,11 supra *quin* addidit *etiam* compendiose scriptum; 78,4 F*q quin*, q_2 *ę quinq*; 80,12 F*q aiebat*, q_2 *ę age*; 84,1; 86,15; 87,1; 88,7 q_2 idem praebet, quod f*, vide p. 35 adnot. 2; 85,7 q_2 *exossis*; 85,20 *q nō tā*, q_2 *ę nota*; 88,10 *q Clitemstre*, q_2 *Clitemestre* (veram lectionem restituit; cf. Fleckeisen, *50 Artikel*. p. 13 et Papageorgium in dissertatione de Sophoclis codice Laurentiano, annalium phil. supplem. tom. XIII p. 436); 88,21 *q excusabund' e*, q_2 *ę da*; 91,2 F *videbantur*, q_2 *videbuntur*; 95,6 q_2 ante *cana* add. *quam*; 97,10 add. *in*; 97,18 F *versere*, *q ver re*, q_2 *versare*; 100,5 F *poterint*, q_2 *potuerint*; 102,14 F *Aemilianū*, q_2 *ę nus*; 103,31 *q inrepossibile*, q_2 *irreposcibile*; 105,8 F *quē*, q_2, *ę que*; 105,18 F *malis*, q_2 *ę malit*; 106,17 F*q cū*, q_2 *ę eum*; 106,18 F*q ēcipilare*, q_2 *compilare*; 108,8 F*q ait*, q_2 *ę at*; 109,24 F*q hunc se*, q_2 *huncce*; 110,2 F*q ratis*, q_2 *t*; 110,19 F*q quini*, q_2 *ę qdni*; 110,26 F *insanū*, q_2 *nam*; 113,3 F *saltī*, q_2 *saltē*; 114,5 F *ac*, q_2 *ę a*.

1) 17,17 F *scripsit*, *q scupsit*, q_2 *sculpsit*; 19,7 F *commoneat*, *q āmoneant*, q_2 pro *ām* scripsit *adm*; 34,13 F *nosce atque* (f* *nosse*), q_2 *nosse et*.

2) 38,24 F *cuppedinariis*, *q cupedenariis*, q_2 scripsit *di* pro *de*; 44,10 F *at quaesisse*, *q acqsisse*, q_2 pro *q* (i. e. *qui*) scripsit *q̄* (i. e. *quae*); 61,19 F*q mea raciocinatione*, q_2 *meā*; 62,16 et 62,23 F *sudariolo* (f ....*la*), *q sudaria*, q_2 pro *a* posuit *ola*; 77,8 F *amfuisset*, *q affuisset*, q_2 pro *f* voluit *u*; 97,18 F *versere*, *q ver re*, q_2 add. *sa*.

vel, ter nulla apposita nota [1]) eundemque duobus locis formas satis consuetas explicasse.[2])

Anceps haereo, quid de his locis statuam:

10,5 Fq *visatur*, q_2 teste Luetjohanne *visetur;* fortasse erravit Luetjohannes.

20,8 Fq *thimelicus*, q_2 *themelicus.*

33, 5 F *poptis*, in q nunc p^i R^i (R^i in ras. a q_2).

50,3 Fq *echini*, q_2 *etini* teste Luetjohanne, qui hic fortasse erravit.

68,8 et 69,13 Fq *helluo*, q_2 *elluo.*

Pertractavimus correcturas f f* q_2. Restat, ut unum hoc addamus, notis utrique libro manu recenti admodum adspersis perraris nullam esse auctoritatem, quippe quae cum leviora tantum menda tollant, non debeantur libro alicui manu scripto.

Quaestione ad finem perducta quae exemplis et ratione adsecuti esse videmur, brevi comprehendamus. Demonstratum est nec a correctore f nec ab f* tertiove correctore Laurentiani codicem aliquem ad emendanda verba adhibitum esse, sed omnes eorum mutationes ex ingenio esse profectas. Praeterea certis opinor argumentis comprobari potuit, codicem q descriptum esse ex codice F iam a f pertractato. Denique dignovisse nobis videmur, q_2 codice F alterum correctorem f* iam perpesso nulloque praeterea subsidio usum esse, alterumque correctorem f* plerumque diligenter lectionem F evanidam instaurasse. Quae cum ita sint, nullam tribuemus fidem correcturis nisi eis, quas ipse auctor codicis (F[1]) fecit.

Particula III.

De locis aliquot Appuleianis.

Apol. 30,4 (c. XXII). *Proinde gratum habitum ad contumeliam diceretis, rem familiarem mihi peram et baculum fuisse* (ita Fq). Haec sana non esse, et manifestum est et omnes con-

1) 10,13. 33,22. 34,3. 39,12. 39,20 (bis) 41,5. 42,23. 44,19. 52,16. 63,14. 70,7. 82,15. 84,26. 90,2. 107,10. 109,19. 113,22. 106,4—11,4. 18,15. 36,12.

2) 61,6 q *problematis*, q_2 add. *e tib;* et 108,22 q *adversare*, q_2 add. *pro ris.*

sentiunt. Appuleius in eis, quae praecedunt, iam inde a capite duodevicesimo paupertatis crimen sibi ab accusatoribus obiectatum ita refellit, ut primum illam modicae fortunae conditionem omnino probandam, philosopho imprimis consentaneam, ab ipsis ditibus hominibus laudabili modestia mediocritatis speciem simulantibus ostentari dicat, deinde pauculis interiectis de nomine paupertatis hanc ipsam subsidio esse non parvo ad similitudinem deorum adnitentibus pronuntiet ideoque expetendam potius quam devitandam. Secuntur verba in codicibus mendose scripta, quibus iudicii perversitatem accusatoribus obtendit, qua peram et baculum ad contumeliam sibi obiecerint. Nam re vera exprobratum esse reo ab Aemiliano in accusatione habitum illum, non mirabimur cetera, quae commemorantur, crimina reputantes[1]) et certe confirmatur oratoris ipsius verbis p. 30,10 (c. XXII): *habitus, quem mihi obiectas*, et p. 31,2 (c. XXII): *peram et baculum tu philosophis exprobras? exprobrares igitur* sqq.[2]) Hoc negat Hildebrandius, neque vero ob hunc solum errorem longe reicienda est sententia eius scribendum esse: *gratum habitum esset* (vel *erat*), *ad contumeliam diceretis.* Nam quotus quisque credet, Appuleium in Apologiae oratione satis pura pro *gauderem, si diceretis* dure et obscure sic locutum fuisse: *gratum habitum esset, diceretis?*[3]) Sed iam satis de Hildebrandio, spectemus coniecturas eorum, qui rectam viam ingressi tamen a vero aberrarunt. Inter hos facili mutatione loco corrupto subvenisse verumque restituisse sibi visus est Casaubonus scribendo: *gratum habui, cum ad*

1) Nisi forte Appuleius rhetoricis artibus verba accusatorum torquet iocosa serio interpretatus.

2) Sic recte restituit Kruegerus.

3) Particulam *si* ab Appuleio omissam esse exemplis ab Hildebrandio adnotatis non confirmatur. Quae Apol. c. LII leguntur, restituere infra conabor. de mundo c. XXXIII *huius [si] locum quaerimus* vel *huius locum [cum] quaerimus* scribendum est, de deo Socr. c. XXII enuntiatorum forma alio modo explicari potest. Hoc autem loco *si* deesse nullo modo poterat. Facile enim cognoscimus, quo sententiae vinculo cohaereant duo enuntiata, si secundum temporis cursum et ordinem actiones verbaque proferuntur, ut conditio praecedat, sequantur facta: non intellegitur sententiarum nexus ordine enuntiatorum permutato.

contumeliam diceretis sqq. editorique novissimo ita persuasit, ut verba sic correcta recipere non dubitaret. Equidem non adsentior, nam mutatione satis violenta Casaubonus minime effecit sententiam probabilem. Postquam enim Appuleius demonstravit, unumquemque, quo paucioribus rebus indigeat, eo propius ad deorum similitudinem accedere, non iam alia praeter hanc sententia recte subsequi potest, grata sibi acceptaque illa fuisse, quae accusatores de ipsius continentia ad contumeliam dixissent; Casauboni vero mutatione sententia ita torquetur, ut Appuleius, quod omnino talia sibi obiecerint, gratum sibi fuisse dicat. Propius ad veritatem accessere Crusii et Beckeri[1] coniecturae. Et ille quidem locum ita scribi voluit: *proinde gratum habitum an contumeliam dictis, rem familiarem* sqq. In hac vero scriptura non desunt offensiones gravissimae. Haereo imprimis in eo, quod verba *gratum habitum* et *contumeliam*, quae inter se opponi voluit Crusius, nullo modo sibi opponuntur. Nam aut *gratum habitum* *an turpem diceretis* aut *ad laudem an ad contumeliam diceretis* scribendum fuit. Neque vero illud veritatis numeros in se haberet, siquidem accusativus insolenter vicem praepositionis *pro* sustineret. Praeterea vix crediderim vocabulum *habitus* conciuere cum eis, quae secuntur: *rem familiarem peram et baculum fuisse.* Denique persuasum habeo verba *ad contumeliam dicere* apte copulari nec speciem depravationis prae se ferre. Longe aliter neque tamen minus perverse Beckerus scripsit: *proinde graium*[2] *habitum! ad contumeliam dicere audetis, rem familiarem* sqq. Quod enim temporalis vis in *proinde*, ut in *inde*, inesse illi visa est, Appuleius quantum video *proinde* ita usurpat, ut vel idem, quod *perinde*, vel *propterea, ideo*[3], nusquam ut aliud significet. Ac ne id quidem, quod aliquot litteris distractis, aliis insertis effecit, *dicere audetis* pro *diceretis*, probari potest, quoniam *audendi* verbum in hanc sententiam non quadrat.

1) *Zeitschrift für das Gymnasialwesen* tom. XIX, p. 477.

2) *Graium* ante Beckerum proposuit Acidalius.

3) Quattuor locis legitur *proinde ut*, totidem locis idem est, quod *ideo*.

Iam quomodo ipsi scriptoris orationem in pristinam formam restituturi simus, significabimus breviter. Supra demonstratum est, *gratum* retinendum esse. Quod cum nude poni nequeat cumque nomen *habitus* aptissime cum *gratus* coniungatur, non video, quo iure vocabula dirimamus vel alterutrum mutemus. Itidem verba *ad contumeliam* apte accommodantur ad *diceretis* et cum neque facili mutatione ex *dicerdis* forma, quae requiritur, *dixistis* efficiatur neque verba *ad contumeliam diceretis* adiungantur eis, quae praecedunt *gratum habitum*, lacunae suspitio offertur. Quot et quae verba exciderint, non praefracte definio, certe desideratur perfectum tempus verbi alicuius, unde pendeat vocabulum, quod obiecti locum tenet (*gratum habitum*) et coniunctio. Satisfacit hoc supplementum: *proinde gratum habitum* ***(obiecistis, cum)*** *ad contumeliam diceretis, rem familiarem* sqq. *Demgemäss habt ihr eine Tracht mir zum Vorwurf gemacht, die mir nur angenehm ist; als ihr, um mich verächtlich zu machen, sagtet, mein Vermögen bestände in Bettelsack und Knittel.*

Apol. 40,21 (c. XXXI). *Ceterum ad magiam nichil quanquam videtur mihi adiutare.* Haec F. Quicunque a codicum deteriorum scriptura profecti hunc locum corruptum restituendum sibi sumpserunt, eorum coniecturas silentio nobis praetereuntibus veniam paratam esse speramus. Quae vero post Ruhnkenium ab editoribus recepta legitur emendatio *nihil quicquam*, ea et ad sententiam et ad orationem apta est atque Appuleium sic scribere potuisse largimur[1]), sed idem fere consequi mihi videor mutatione aliquanto faciliore pro *nihil quamquam* scribens ***nihil quemquam.***

Apol. 41,7 (c. XXXI). *Quos scilicet cum de manibus* ***amissurum*** *non fuisset*[2]) sqq. Sic Fq. In voce *amissurum* codicum correctores haeserunt: f* littera *a* erasa effecit *missurum*, q_2 scripsit *emissurum*, quod Kruegerus recipere non

1) Verbum *adiuvandi* absolute positum vix offensionem praebere putaverim, *nihil quicquam* non semel ab Appuleio coniuncta leguntur. Saepissime Terentius coniunxit, cf. Kretschmannum l. c. p. 93, Hildebrandium ad Flor. IX, p. 32, Kuehneri lat. gramm. II, p. 10, 51, 5.

2) Recte in *fuisse* mutatum est ab editoribus.

debebat. Nam verbo *amittendi* hoc loco inest notio *dimittendi*[1]), qua illud cum a scriptoribus priscae latinitatis[2]), tum vero ab ipso Appuleio usurpatum invenitur; cf. Met. 136,26 *praedam mediis manibus amittimus.*

Idem *amittendi* vocabulum reddo alteri Appuleiano loco, qui est Met. 108, 23 *unam de manibus amittas* (F*q omittas*) *offulam.*

Apol. 52,3 sqq. (c. XLI). *Aiunt mulierem magicis artibus, marinis illecebris a me petitam eo in tempore, quo me non negabunt in Gaetuliae mediterraneis* (F*q mediterranis*) *montibus fuisse, ubi pisces per Deucalionis diluvia reperiantur* (F *repperientur*): *quod*[3]) *ego gratulor nescire istos, legisse me Theophrasti quoque περὶ δακέτων καὶ βλητικῶν* (F *BΔhTωN*) *et Nicandri θηριακά. Ceterum me etiam veneficii reum* (F *beneficiis eum*) *postularent, ut qui* (F *ut quidem*) *hoc negotium ex lectione et aemulatione Aristoteli nactus sim* (F teste Luetjohanne *sum*), *nonnihil et Platone meo adhortante* sqq. Haec verba, qualia in editionibus leguntur, ad sententiam non conveniunt. Nemo enim facile intellegit, quid sit, quod Appuleius in Aristotelis Platonisque operibus lectis esse causam dicit, cur veneficii ipsum accusatores postulent, neque vero, quid pertineat veneficium ad hos philosophos, ille verbo attigit. Hanc difficultatem non Appuleius, sed librarii excitaverunt orationem misere depravantes, qua in emendanda homines docti parum fuerunt felices. Vestigia autem codicum accuratius rimantes nullo negotio verum restituemus pro *ut* scribentes *et*, ut totus locus in hunc modum conformetur: *quod ego gratulor . . . θηριακά: ceterum . . . postularent.* ***Et quidem*** *hoc negotium . . .* ***nactus sum*** sqq. Apte et non sine ambitione addit, commendari studium suum in explorandis piscibus positum auctoritate hominum doctissimorum Aristotelis et Platonis *sui*, quorum alias quoque se fert sectatorem (cf. Apol. 113,20).

1) Hoc recte dudum intellexit Pricaeus.

2) Plauti mil. 2, 5, 47 *amittere praedam manibus* (fortasse hanc formulam Appuleius e Plauto transtulit). Ter. heaut 3, 1, 71 *abs te amittas filium* (cf. ad Phorm. 3, 2, 22 Donatum *quod nos dicimus dimittere, antiqui dicebant etiam amittere*, de hoc vide Brixium ad Plauti capt. prol. 36 et Lorenzium ad Most. 417).

3) Relativum pronomen *quod* ex usu sermonis liberioris hic adhibitum significat *in welcher Hinsicht, und darum*, qua ratione ab aliis scriptoribus saepe usurpatur, ab ipso Appuleio non fere nisi particulis additis — *quod utinam, quod si* — poni videtur.

Apol. 62,6 (c. LII). *Atqui contenderi vis furorem tuum cum Thalli furore, invenies non permultum interesse* sqq. Sic F*q*. Apertum mendum in voce *contenderi* positum tollere frustra laborarunt homines docti, qui cum ex toto sententiarum nexu collegissent, priori enuntiato *atqui . . . furore* vim inesse conditionalem, *contenderi* in *contendere* mutari et post *atqui* inseri voluerunt *si*.[1]) At efficitur hac mutatione sententia inepta et ad recte cogitandi rationem parum accommodata, quae ne ita quidem ferri potest, ut elegantiore elocutione usum esse Appuleium putes (*si contendere vis, invenies* pro *si contendes, invenies*). Medela multo leniore verba, quae in codice perperam traduntur, sanabimus unius litterulae mutatione pro *contenderi vis* scribentes ***contende si vis.***[2]) Hanc conditionem ponendi omnibus scriptoribus communem formulam etiam ab Appulei sermone haud abhorrere probant haec exempla, quae in ipsa Apologia inveniuntur[3]): p. 99,10 *iube . . . computari . . ., invenies* et 111,9 *aperi quaeso . . ., probabis.* Causa depravationis est summa litterarum *r* et *s* in scriptura Langobardica similitudo, qua decepti librarii saepius eas confuderunt.

Apol. 72,2 (c. LXI). *Saturninus . . . percensuit me . . . petisse . . . igitur primo buxeam temptasset. Interim dum ego rure ago, Sicinium Pontianum privignum meum . . . attulisse.* Sic F teste Luetjohanne.[4]) Suspicor litteris *se* iteratis scribendum esse ***temptasse. Set interim*** sqq. Adversativa particula apte traducit ad mutati consilii memoriam.

1) Hildebrandius, cum huius particulae omissionem elegantiae cuidam oratoris artificiosae attribuendam esse persuasum haberet, orationem in hunc modum conformavit: *atqui contendere vis furorem tuum cum Thalli furore, invenies* sqq.

2) *Si vis* additur Apol. 65,5; *sis* additur 18,4; 39,16; 102,15 (ex Jahnii coniectura); cf. Hild. ed. II, p. 280; *si videtur* 3,12; 45,19; *sodes* 91,21.

3) Plura exempla quin in Appulei libris sint, non dubito. De constructione cf. Kuehneri gramm. lat. II, p. 760 *f*.

4) Falsa est hoc loco adnotatio in Kruegeri editione e Muelleri auctoritate verborum ordini subscripta.

Apol. 73,11 (c. LXIII). *Cedo tu eum videant teneant considerent.* Haec verba in codice F scripta, quamquam nihil offensionis habere videntur, tamen bis, quod sciam, coniecturis temptata sunt, a Salmasio qui *tu* delevit, *mihi* addidit (*cedo mihi eum* sqq.), et a Kruegero, in cuius editione *cedo, ut eum videant* sqq. impressum invenitur. Rectissime utriusque commenta improbata sunt. Nam *mihi* et moleste otiosum est alienumque ab Appuleiano sermone et pronomen personale *tu* post *cedo* plane sapit Appuleium, qui in hac ipsa locutione pronomina abunde addere solet.[1]) Unum video in hoc loco inesse, de quo quaeri possit, quomodo enuntiata sint dirimenda. Separant omnes verba in hunc modum: *cedo tu, eum videant* sqq., cui distinctioni primum refragari videtur nimium pondus pronomini *eum* collocatione insolita additum, deinde Appulei consuetudo imperativo *cedo* accusativum casum adsciscendi[2]), denique concinnitas, quae quodammodo evertitur pronomine apposito.[3]) Has difficultates removemus simul omnes vocabulis rectius divisis, ***cedo tu eum, videant, teneant, considerent.*** Nervosa brevitate orator hanc sententiam profert: *cedo tu eum, illis monstrabo, illis dabo, ut ipsi tenentes in manibus considerantesque profiteantur pulcherrimum eum esse.* Plenius eandem dicendi formam expressit p. 80,12 *cedo tu epistulam, vel potius da ipsi, legat* sqq.

Apol. 102,7 (c. LXXXXI). Crimen avaritiae dotisque amplae a se cupide appetitae insimulationem Appuleius breviter redarguit his verbis: *iam primum mulieris locupletissimae modicam dotem neque eam datam sed tantummodo: praeter haec ea condicione factam coniectionem, nullis ex me susceptis liberis vita demigrasset, uti dos omnis apud filios eius Pontianum et Pudentem maneret, sin vero* sqq. In his tria sunt offensioni: primum deest verbum, quod respondeat participio *datam,* deinde vocabulum *coniectio* a librario depravatum ferri nequit, denique requiritur coniunctio condicionalis. Primam offensionem mutatione

1) Cf. Goldbacherum in Z. f. d. ö. G. a 1867 p. 37, qui haec exempla affert: Apol. 80,12; 90,3; 99,2; 102,15; 105,8; 110.13

2) Apol. 80,12; 91,21; 105,8; 106,19; 110.13; 47.3.

3) Apol. 102,16; Met. 111,9; 187,28; 214.9.

faciliore quam hominum doctorum, qui hunc locum emendaturi fuerunt[1]), removere mihi videor scribendo: ***neque eam datam, sed dandam modo.*** Idem verbum acri oppositione repetiit orator. De reliquis duabus difficultatibus cum non habeam, quod hominum doctorum emendationibus praeferendum putem, quaestionem non moveo.

Apol. 107,10 (c. LXXXXVII). Appuleius recitatis epistulis Lolliani Aviti et Pontiani, quibus plurimae ipsius laudes continentur, transit ad huius fratrem dissimillimum Pudentem his verbis: *audistine vocabula, quae mihi Pontianus frater tuus tribuerat, me parentem suum, me dominum, me magistrum cum saepe alias tum in extremo tepore vitae vocans? postquam tuas quoque paris epistolas promerem, si vel exiguam moram tanti putarem* sqq. Sic F teste Luetjohanne. In his exercuit hominum doctorum acumen vocabulum *postquam,* quod nullo modo defendi posse videtur. Nam quod in plerisque libris deterioris notae legitur: *possem tuas quoque paris epistulas promere si* sqq. et quod Hildebrandius proposuit *post quirem* sqq.[2]) praeter litterarum dissimilitudinem eo quoque improbatur, quod enuntiata sic conformata ad rationem parum accommodata sunt. Vix enim quispiam scripserit *possem promere, si putarem* pro *promerem, si putarem.*[3]) Kruegerus cum Muelleri fide deceptus in F legi putaret *possem,* hinc effecit: *possem tuas quoque paris epistulas promere et promerem si* sqq., quod etsi aptum esse concedimus, tamen nimis distat a vera libri Florentini scriptura, quam ut probari possit. Nisi me fallit opinio, scripsit Appuleius: ***post quae*** *tuas quoque* sqq. Lectio depravata est errore vel neglegentia scribae compendia perperam exprimentis.[4]) *Post quae*

1) Correctoris codicis φ *neque eam datam, sed promissam tantummodo,* Hildebrandii *neque eam datam, sed pactam tantummodo,* Jahnii *neque eam datam, sed dictam tantummodo.*

2) Quod praeterea coniecit *postquam* fortasse intellegi posse *postea,* nihil est.

3) Hoc non intellexisse videtur Goldbacherus, qui in Z. f. d. ö. G. a 1867 haec adnotat: *es scheint unnötig, mit Krueger 'promere et promerem' zu schreiben* sqq.

4) *postquam* scribitur *post* $\bar{q}$, *post quae* vero *post* $\bar{q}$.

(scil. *vocabula*) Appuleius dixit pro *post quae vocabula a me exprompta*, cuius dicendi brevitatis exempla Appuleiana haud desunt.[1])

Non alienum videtur, hic paucis commendare emendationem sane non a me primo, ut postea vidi, sed iam ante a Scioppio inventam, at ab editoribus immerito neglectam atque spretam. Met. 2,6 (I,2) haec leguntur: *ac dum is ientaculum ambulatorium prataque praeterit ore in latus detorto pronus adlectat* sqq. Quae ut sunt depravata, largam opinionum segetem tulerunt, in quibus recognoscendis non abutemur otio. Duas coniecturas in iudicium voco, quae commemoratione dignae sunt. Ferrarius verba sic correxit:[2]) *ac dum is in ientaculum ambulatorium prata, quae praeterit,... adfectat* sqq. *in ientaculum* interpretans *ut efficiatur ientaculum*. Haec scriptura, quamquam ille praepositionis usus linguae cotidianae proprius est[3]) nec sermoni Appuleiano repugnat[4]), nescio an hoc loco propter verborum collocationem minus placeat lectione a Scioppio proposita:[5]) *ac dum is ientaculum ambulatorium* ***prataque, quae*** *praeterit, . . . adfectat, quae* post *que* facile excidere potuit. Usurpatur haec particula, cuius vim saepius non intellexerunt critici, sicut etiam *ac* pro *et quidem*.[6])

Met. 3,20 (I, 5) Aristomenes, comes Lucii, fabularum narrationi haec praemittit verba: *sed ut prius noritis, cuiatis sim q sim Aegiensis audite et quo questū et encā*[7]) *melle vel casco et huiusce modi cauponorum*[8]) *mercibus per Thessaliam*

1) Met. 36,13 *post Lethaea pocula*, 52,10 *post illam pinnarum dignitatem;* 86,12 *post internecirum odium;* Apol. 96,21 *post hasce litteras,* cf. Kretschmannum, l. c. p. 117 et Koziolium, *der Stil des Apuleius,* p. 330.

2) Eandem medelam orationi adhibuit Luetjohannes in actis soc. phil. Lips. tom III, p. 457 in adnotatione.

3) Cf. Kuehneri grammat. lat. II, p. 413.

4) Cf. Kretschmannum, l. c, p. 120.

5) In *symbolis criticis* p. 26.
Hildebrandius in hac lectione tradenda erravit *que* omittens.

6) Cf. Hildebrandii editionis vol. I, p. 16 et 424.

7) Recte mutatum in *quaestu me teneam.*

8) „ „ „ *cauponiorum.*

Aetoliam Boetiam[1]) *utro*[2]) *citro discurrens* sqq. Hildebrandius, ut praetermittam codicum deteriorum lectionem interpolatam, Florentini libri litteris adhaerens sic scripsit: *sed ut prius noritis, cuiatis sim quive: sum Aeginensis*[3]); *et audite, quo quaestu me teneam melle* sqq., quod Eyssenhardius quoque in ordinem recepit, nisi quod ex auctoritate optimi codicis accuratius collati posuit *audite et* pro *et audite*. Recte hoc confutavit Luetjohannes[4]) his verbis: *p. 3,20 kann Hildebrand das von F bezeugte 'cuiatis sim qui sim aegiensis' noch nicht ganz richtig verbessert haben mit 'cuiatis sim quive: sum Aeginensis', da wohl auf 'cuiatis', nicht aber auf 'qui sim' eine Antwort erfolgt.* Ipse legi voluit *cuiatis sim: quippe sum Aeg.* sqq., quae coniectura quin et ipsa sit repudianda, mihi non dubium est, quod offendit et vocabulum *quippe* in enuntiato ita conformato *ut noritis . . . quippe sum* sqq. et *sim* statim post *sum* positum. Alio igitur modo corrigendum esse censeo. Mihi verba *qui sim*, quibus nihil respondere recte Luetjohannes affirmat, sive vocabulis *cuiatis sim*[5]), sive eis, quae secuntur *quo quaestu me teneam,* explicandi causa a sciolo librario addita in verborum seriem irrepsisse videntur. Neque vero ita totum locum perpolitum putaverim. Etenim cum vox *Aegiensis* sine verbo substantivo sola vix commode dicatur, aut *sum* aut aliud simile verbum requirimus. Id vero nescio an lateat in *audite* ex ***audio*** depravato. Sic igitur lego: *sed ut prius noritis,* ***cuiatis sim: Aegiensis audio,*** *et quo quaestu me teneam: melle . . . discurrens* sqq. Qua emendatione si verum attigimus, per *audiendi* verbum hic, ut Metamorphoseon locis nonnullis similibus, non affertur nomen, quo aliquis proprie appellatur, sed personae

1) Recte mutatum in *Boeotiam.*

2) „ „ „ *ultro.*

3) *Aegiensis* iure tuetur Petschenigius in *Wiener Studien.* tom. IV a. 1882, p. 141. *Aegiensis* ab omnibus referri video ad Aegium, Achaiae urbem; atqui quid impedit, quin Aegis, Macedoniae urbe, oriundum esse Aristomenem putemus, quem *contubernalem Socratis Macedonia profecti* fuisse infra p. 5,2 comperimus?

4) In actis soc. phil. Lips. a. 1873 tom. III p. 194.

5) Haec forma *cuiatis* pro usitata *cuias* hic primum occurrit.

ratio talis, quae in ore hominum sit. Cf. Met. 88,12 *certe si divini puelli, quod absit, haec mater audierit* sqq; 102,25 *felix vero ego, quae in ipso aetatis meae flore vocabor avia et vilis ancillae filius nepos Veneris audiet;* 205,2 *quod oppidum audit* (sic F: f scripsit *est*) *quidem nobilissimae coloniae Corinthiensium.*

Met. 6,19 (I, 10). Magae cuiusdam facinoribus explicatis sic scriptor pergit: *quae cum subinde ac multi nocerent publicitus indignatio percrebruit* sqq. Praeter Rohdium [1]) omnes interpretes editoresque vocem *quae* sinceram habentes mutatis eis, quae secuntur, locum emendare studuerunt. Scioppius duplicem corrigendi rationem proposuit: *quae* (sc. femina modo commemorata) *cum subinde ac multa noceretur* et *quae cum perinde ac multi noceretur.* Neutra vero lectio satisfacit. Nam ut inepte dicitur de femina *nocetur perinde ac multi* — alii enim aliud passi sunt ab illa — ita *subinde ac multa nocetur* adversante et usu dicendi et re narrata [2]) scribitur. Ob eandem causam displicet Hildebrandii coniectura *quae cum subinde ut multi noceretur.* Neque magis adsentior Hamiltonio conicienti: *quae* (sc. sagae facinora) *cum subinde a multis noscerentur.* Nam vox *subinde,* sive intellegis *deinde,* sive *saepe,* non apte coniungitur cum verbo *noscendi.* Melius, quod ad sententiam, at violentius substituit Eyssenhardius [3]) *quae cum subinde ac multis noceret.* Denique aberrasse a vero Rohdius videtur, qui nuper voluit: *quoi cum subinde aemuli nocerentur.* Primum enim haeremus in eo, quod dativus ponitur pro ablativo, quem ex praepositione *a* suspensum fuisse magis exspectamus, quod illa constructio cum a ceteris scriptoribus, tum vero ab Appuleio rarissime admissa, nisi summopere effertur, cui fiat bono aliqua res, usurpari non solet. Id vero cum huic loco alienissimum sit, immo postulemus, ut hoc ipsum indicetur, a quo damna illa profecta sint, dativum non

1) In Rh. M. a. 1875 p. 269.

2) Appuleius in eiusmodi locutionibus singularem numerum ponit: Met. 34,11; 53,27 alias — femina non *subinde*, sed semel tantum vim magicae artis experta est.

3) Quem sequitur Beckerus in *studiis Apuleianis* p. 35 (diss. Regimont. a. 1879) et ut videtur Koziolus in Z. f. d. ö. G. a. 1870.

modo obscurum, sed ne aptum quidem esse apparet. Deinde formam quoque dativi, quam Rohdius restituit, vix licet pro lubitu Appulei scriptis intrudere. Nam quo uno loco ea iure redintegratur (Met. 118,27), illo verba priscum aliquid sonare formulaeque constantis esse videntur. Denique quod *aemuli* scripsit pro *ac multi,* certe eo improbatur, quod Appuleius antea haud narravit, magam eos proprie vel solos laesisse, qui eam sive in amore sive in quaestu aemulati essent. Ipsi emendationem exigua mutatione perficere nobis videmur scribentes: ***itaque*** [1]) *cum subinde ac multi nocerentur* sqq. Litterae insertae exciderunt propter similitudinem earum, quae proxime praecedunt: *distendit̃* (i. e. *distenditur*).

Met. 11,19 (I, 17). *At ego miser adfecto ex tempore absurdo ioco in alium sermonem intentionem eius denuo derivo et inuecta dextra* sqq. Sic F*q*. Editores, quibus haec omnia apta videbantur, fugit difficultas in adverbio *denuo* posita, quod quorsum spectet, frustra quaeras in eis, quae antecedunt. Deleo vocem molestam, quam dittographia verbi *derivo* male lecti ortam esse apparet; tenuissimum discrimen scripturae, quo haec vocabula differunt, perfacile oculos describentis fallere potuit.

Met. 15,18 (I, 23). *Et cetera hoc eidem usui profers ociter.* Sic F*q*. *Hoc* quomodo esset intellegendum, cum homines docti non perspexissent, varie mutaverunt.[2]) At cum certum sit, Appuleium multa retinuisse, quae a scriptoribus linguae excultioris ut obsoleta respuerentur, equidem *hoc* sincerum et ab Appuleio pro *huc* scriptum esse opinor.[3]) For

1) Siqui in eo haereant, quod Appuleius particulam *itaque* plerumque collocat secundo loco, rarius primo — tres eiusmodi loci mihi innotuerunt — fortasse hi acquiescent in Guil. Meyeri coniectura, qui vir doctissimus, cum ego proposuissem, quod supra legitur, maluit: ***quare*** *cum subinde ac multi nocerentur* sqq.

2) Beroaldus scripsit *haec*, Hildebrandius *huic*, in aliquot editionibus legitur *huc.*

3) Similiter in Apol. 94,7 recte servavit liber Florentinus, quod scripserat Appuleius, *hoc usque. Hoc* pro *huc* legitur apud Varronem de lingua lat. 6,9 *omnes Quirites voca inlicium hoc ad me;* apud Vergilium Aen. I, 423 *hoc tunc ignipotens caelo descendit ab alto;* apud Plautum his locis: Amphitr. 1, 1, 11; Capt. 2, 2, 79; 3, 1, 20; Merc. 2, 2, 49.

mam vero hanc veteriorem eo minus dubito restituere, quod totus locus quodammodo consuetudinem remotioris antiquitatis redolet, cuius tenax fuit lingua vulgaris. Etenim *ociter* hic solum ab Appuleio usurpatur[1]) et imperativi forma *profers*[2]) aliena est a ceterorum scriptorum sermone.

Met. 26,17 (II, 14). *Nam et navis ipsa vehebamur variis turbinibus procellarum quassata utroque regimine amisso aegre ad ulterioris ripae marginem detrusa praeceps demersa est* sqq. Haec in codice F. Orationem hiantem emendarunt homines docti vel *qua* vel *in qua* inserendo vel pro *ipsa* substituentes *in qua.*[3]) Mihi aliud venit in mentem, quod illorum coniecturis praeferendum esse putem. Etenim cum Appuleium in Metamorphoseon libris componendis praeter linguam cottidianam etiam antiquitatis duritiam studio arcessivisse constet[4]), non timemus, ne videamur nimis andaces esse, cum Appuleium in hoc enuntiato conformando Plauti locum imitatum esse rati[5]) sic scribimus: *nam et* ***navis ipsa, ubi***[6]) ***vehebamur*** sqq. Cf. Plauti mil. 2, 1, 40 *capiunt praedones navem illam, ubi vectus fui.*

Met. 35,14 (II, 27). *Sic ille senior lamentabiles questus singulis*[7]) *instrepebat. Saevire vulgus interdum et facti verisimilitudine ad criminis credulitatem* (Fq perperam *crudelitatem*) *impelli. Conclamant ignem, requirunt saxa, parvulos ad exitium*

1) Praeter Appuleium apud Servium solum legitur teste Wölfflino (*latein. und rom. comparation* p. 64), ipse locum non inveni.

2) De qua vide Petschenigium in *Wiener Studien* a. 1882, p. 162: invenitur etiam Met. II, 6 *aufers;* VI, 13 *defers;* X, 16 *offers.*

3) Sic Bursianus in *Sitzungsberichte der Münchener Akademie* a. 1881. Sittelius in Bursiani *Jahresbericht* quid senserit de hac coniectura, tacet.

4) Cf. Piechotta, *curae Apuleianae* (diss. Vratislav. a. 1883).

5) Simile aliquid observavimus p. 44 huius commentationis. Cuius momenti sit similitudo Appuleianae locutionis cum Plautinis verbis, recte exponit Koziolius in programmate gymn. Leopoldstad. Vindob. a. 1869, p. 43 his verbis: *die Komiker haben gar manches aus ihrer Diction dem Apuleius leihen müssen, es ist darum eine analoge Stelle von doppelter Beweiskraft für unsern Autor.*

6) Compendio exprimitur hoc: $\overset{i}{u}$, quod facile ante *uehebamur* excidere poterat.

7) An cum veteribus editoribus legendum est *singultim?*

mulieris hortantur. Solus, quantum scio, Petschenigius[1]) monuit rectissime, vocem *parvulos* corruptam esse. Emendatio ei non contigit; nam *populos,* quod substituit, nullo modo placet. Primum enim facit Appuleium inepte dicentem *vulgus* — nam hoc subiecti locum tenet — *hortatur populos.* Deinde post *conclamant ignem, requirunt saxa* verba *populos ad exitium mulieris hortantur* mirum quantum languent. Equidem persuasum habeo, tertio membro contineri sive commemorationem poenae gravioris sive sententiam ea, quae praecedunt, complectentem. Haec quamquam dudum animadverti, tamen, qua ratione loco esset subveniendum, nondum inveni. Sed quoniam in re critica saepe fit, ut conatu novo veritas non attingatur, sed via ad verum inveniendum aliis muniatur, quod temptavi, expromo. Mihi in mentem venit: ***'patibulum ad exitium mulieris'! hortantur.***[2]) Apte sic exprimitur summus plebis furor indignatioque ratione poenae, quae proponatur. Nam vix legibus sanctum erat, ut feminae patibulo suffigerentur latronesque tantum tam crudeliter in feminam vindicant (Met. 116,11).

Propius abest a codicis F vestigiis, quod Diltheyus coniectura speciosa posuit, ***patibulus***[3]) *ad exitium mulieris* ***portatur.*** Sed ne hoc quidem omnes veritatis numeros habere mihi videtur.

Met. 46,26 (III, 13). Fotis, Milonis ancilla, Lucio, qui propter pugnam cum utribus nocte commissam Hypatensibus derisui fuerat, sua culpa illud factum esse confitetur. Deinde haec secuntur verba: *Et cum dicto lorum quempiam sinu suo depromit mihique porrigens: cape, inquit, oro te et* (sic Fq) *perfida muliere vindictam, immo vero licet maius quodvis supplicium sume.* Pro *et,* quod vitiosum videbatur, legitur vulgo *de.* Petschenigius[4]) scribi iussit *ex* atque enuntiato illo duo membra

1) In *Wiener Studien* a. 1882, p. 152 (*was haben doch die Kinder mit der Steinigung oder Verbrennung der Giftmischerin zu thun?*).

2) scil. c *edite,* ut similis enuntiati forma prodeat ac paulo ante *conclamant 'ignem'!*

3) de hac forma non inusitata vide Roenschium, *Itala und Vulgata* p. 268.

4) In *Wiener Studien* a. 1882, p. 153.

contineri voluit: *cape ex muliere vindictam immo supplicium sume.*[1]) Sed quicunque haec verba legit, sine dubitatione, cum proxime praecedat *lorum porrigens,* ad imperativum *cape* referet obiectum participii *porrigens:* praeterea vox quae est *vindicta* aptius subicitur verbo *sumendi*, ut alter imperativus *cape* iners pendeat. Atque ita si verba construimus, concinnior et vividior oratio procedet: *cape inquit oro te* ***et ex*** *perfida muliere vindictam immo vero licet maius quodvis supplicium sume.* Similis est forma orationis Met. 111,14 *porrecto ambrosiae poculo 'sume, inquit, Psyche et immortalis esto'.* Comparari possunt hi loci: Met. 107,9 *sume istam pyxidem — et dedit* — sqq.; Apol 102,15: 110,18.

Met. 52,5 (III, 22). *Siciner mevix a lupulis conservo Thessalis, hunc alitem factum ubi quaeram, videbo quando?* Sic Fq. Luetjohannes,[2]) ut omittam, quae antea homines docti vel peioris notae codicibus decepti vel de sententiae ratione falsi tentarunt, scribendum esse acute coniecit: *quem sic inermem vix a lupulis conservo Thessalis, hunc alitem factum* sqq.[3]) Sic aptissimam effici sententiam[4]) formamque enuntiati, certum est. Sed quoniam, cur vocabulum *quem* perierit, nulla causa excogitari potest, praeferenda mihi videtur scriptura, quam mutatione aliquanto leniore restitui *hunc* in *tunc* corrigens, ut haec enuntiati forma procedat: ***sic inermem vix*** *a lupulis conservo*

1) Hoc inde apparet, quod l. c. verba sic excitat, *cape, inquit, oro ex perfida muliere vindictam.*

2) In actis soc. phil. Lips. III, p. 473. Effugisse eum videtur, iam Goldbacherum in Z. f. d. ö. G. a. 1868 verba recte discrevisse *sic inermem.*

3) Afferre non alienum videtur, quae l. c. disserit Luetjohannes: *wo soll ich den, welchen ich schon so, wo er noch nicht mit Flügeln ausgerüstet ist, kaum vor den thessalischen Weibern hüte, suchen, wenn er erst in einen Vogel verwandelt ist? Denn* — sic pergit — *dasz das nachdrückliche 'hunc' ein übrigens grade in unserm Appuleiustext oftmals ausgefallenes Relativum erfordere, davon hat mich ein Freund überzeugt, mit dem ich diese Stelle einst erwog. Das an sich undeutliche inermem erlangt denke ich durch den Gegensatz alitem factum eine genügend praegnante Bedeutung.*

4) Nunc vix cavere possum, ne te alliciant teneantque artibus magicis feminae libidinosae, tunc alis instructus certe me deseres illarum illecebris captus.

Thessalis, ***tunc*** *alitem factum ubi quaeram, videbo quando?* Bene respondent sibi *sic inermem* et *tunc alitem* illudque quid significet, ipsa oppositione satis intellegitur. Quod ad *inermem* pronomen personale cogitatione supplendum est, offensionem habere nullam videtur; quamquam potuit facile *te* ante *Thessalis* interire.

Met. 53,27 (III, 26): *deliberavi ac* (recte *an*) *nequissimam facinerosissimamque feminam illam spissis calcibus feriens et mordicus adpetens necare deberem. Sed ab incepto temerario melior me sententia revocavit, ne morte multata Fotide salutares michi suppetias* ***r u r s u s*** *exstinguerem.* Sic in F. Offendo in voce *rursus,* quae non video qua ratione explicari possit. Nam sive intellegis *contra*, qua vi Appuleius uno tantum loco (Apol. c. LIII) hoc vocabulum usurpavit[1]), sive *denuo,* neutrum in sententiam quadrat. Itaque non dubito, quin pro *rursus* substituendum sit ***prorsus,*** quod saepius in libris manu scriptis cum *rursus* confundi notum est. Lucius metuit, ne occidendo Fotidem, cuius unius ope se humanam formam in posterum recipere posse opinatur, omni salutis spe se temere privaturus sit.

Met. 77,30 (IV, 34). Psyche, dum ignoto marito nuptura ferali pompa in montis cacumen ducitur, sic adfatur maestos parentes: *quid canitiem scinditis? quid pectora, quid ubera sancta tunditis? haec erunt vobis egregiae formonsitatis meae praeclara praemia* sqq. Recte animadverterunt Jahnius, Hauptius[2]), Rohdius[3]) futuro tempori locum non esse. Itaque scripsit Jahnius *haec sunt vobis* sqq., Rohdius *haec enim vobis egregiae formonsitatis meae praeclara praemia* (sc. *sunt*), Hauptius *haec erant vobis* sqq. Mihi Jahnius scriptoris manum paene attigisse videtur. Etenim sine dubio verba unius litterulae mutatione facillima[4]) sic emendanda sunt: ***haece sunt*** *vobis* sqq. Ita apte adaugetur vis pronominis demonstrativa.

Met. 107,9 (VI, 16). Venus Psychae his verbis mandatum

1) Omnes aliorum loci, quibus voci *rursus* haec significatio tribuenda est, aliter sunt comparati.

2) In opusc. III, p. 617.

3) In Rh. M. a. 1885, p. 100.

4) Diximus de hoc errore proclivi p. 45 huius commentationis.

tradit: *sume istam pyxidem et dedit protinus usque ad inferos et ipsius orci ferales penates te derige. Tunc conferes pyxidem Proserpinae, petit de te Venus, dicito* sqq. De huius periodi forma inter homines doctos dissensio magna extitit. Alii enim per parenthesin comprehensis verbis *et dedit protinus* scripserunt vel *sume istam pyxidem — et dedit protinus — usque ad*[1] sqq. vel *sume istam pyxidem — et dedit protinus — et usque ad* sqq.[2], alii arte coniungentes verba *dedit protinus* posuerunt: *sume istam pyxidem et — dedit protinus — usque ad* sqq. Ex his coniecturis mihi probatur nulla. Errarunt autem homines docti imprimis in eo, quod *protinus* referebant ad verbum *dandi*, quod potius ad verbum *eundi* pertinere apparet; cf. pag. 107,14 *sed haud inmaturus redito*. Hoc igitur Scriverus evitavit, qui verba sic distribuit: *sume istam pyxidem — et dedit — protinus usque ad* sqq. Offendit tamen in oratione ita conformata copula non apte omissa, quam offensionem facili negotio removemus ita: *sume istam pyxidem — et dedit — **protinusque** ad inferos et ipsius Orci ferales penates te derige et*[3] *tunc conferens*[4] *pyxidem Proserpinae 'petit de te Venus', dicito* sqq.

Met. 109,9 (VI, 19). Turris humana voce praedita Psychae ad petendum a Proserpina formonsitatis unguentum missae, ne pyxidem aperiat, in qua illud est gestura, his verbis hortatur: *sed inter omnia hoc observandum praecipue tibi censeo, ne velis aperire vel inspicere illam, quam feres, pyxidem vel omnino divinae formonsitatis abditum curiosius thensaurum.* Haesit in his verbis Koziolius[5] rectissimeque negat apte continuari orationem ita: *öffne nicht, wirf nicht einen Blick in die Büchse oder überhaupt den verborgenen Schatz der göttlichen Schönheit,* atque in fabulae contextum hanc potius sententiam convenire putat: *schaue nicht in die Büchse, ja denke überhaupt nicht allzu neugierig an jenen Schatz.* Eam ut efficiat, ante *curiosius* inserit *curare* vel *cures*[6]. At quem tandem alium pyxidem

1) Sic Petschenigius in *Wiener Studien* a. 1882, p. 142.
2) Sic Hildebrandius, Eyssenhardius in edd.
3) Sic ex coniectura Petschenigii, quam probo.
4) Haec exhibent codices deterioris notae.
5) In programmate gymn. Leopoldstad. Vindobonae edito a. 1869, p. 36.
6) *Cures* iam in veteribus editionibus legitur.

curandi modum turris Psychae interdictura est praeterquam quod eam aperiri inspicique vetat? Orationem laevigabis mecum scribendo: *ne velis aperire vel inspicere illam, quam feres, pyxidem **vel immo** divinae formonsitatis abditum curiosius thensaurum.* Appuleius dum orationem suam, ut assolet, statim ipse verbis magis propriis subiunctis quasi corrigit, simul turrim invito stimulantem facit Psychae arcana pyxidos appetiturae curiositatem atque cupiditatem: *doch währenddem musst du ganz besonders das beobachten, nicht zu öffnen oder einzusehen die Büchse oder vielmehr den sorgfältig geborgenen Schatz der göttlichen Schönheit.* Usum adiectivi, quod est *curiosus*, sensu eodem illo, ut cum *accuratus* synonymum fere sit, Appuleius frequentat[1]: in collocatione *abditum curiosius* et in comparativo nihil est offensionis.[2]

Met. 114,12 (VI, 28). Locum aggredi audeo difficillimum, qui variis hominum doctorum coniecturis nondum videtur esse emendatus: *Quas tibi gratias perhibebo, quos honores habebo, quos cibos exhibebo? iam primum iubam istam tuam probe pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo, frontem vero crispatam prius decoriter discriminabo, caudaeque setas incuria lavacri congestas et horridas compta diligentia monilibus bullisque te multis aureis inoculatum veluti stellis sidereis relucentem et gaudiis popularium pomparum ovantem sinu serico progestans nucleos edulia mitiora te meum sospitatorem cotidie saturabo* sqq. Haec periodus luculentissime ostendit studium Appulei, verba in membrorum fine posita pari sono exituque efferendi.[3] Itaque iure Hildebrandius et Koziolius enuntiatum, quod incipit

1) Met. 2,3; 79,10; 98,18; 110,5 *(detersoque somno curiose)*, 145,8; 155,16 *(clarem curiose absonditam)*; cf. *thensaurum penitus abditae fraudis* Met. 87,10.

2) In collocatione verborum liberius versatur Appuleius; vide Luetjohannem in actis soc. phil. Lips. tom. III, p. 463 nota, ubi nescio an in eo erraverit, quod Appuleium numquam collocasse dicit adverbium ante substantivum, quod adiectivo praecedat. Tres locos legi, quam statuit, repugnantes mutavit, quibus addo Met. 146,17 *quem circum capellae pascentes opilionem esse profecto clamabant.* Ac fortasse plura etiam exempla inveniri poterunt.

3) Vide, quae uberius de hoc loco disserit Koziolius in Z. f. d. ö. G. a. 1870, p. 169 et in libro *der Stil des L. Apuleius*, p. 42 sqq.

a vocabulis *caudaeque setas* sqq, verbo aliquo in *abo* exeunte, nunc deperdito, conclusum fuisse putant, atque errasse mihi quidem certum est, quicunque *comam* inseruerunt.[1]) Quod autem verbum exciderit, valde dubium est, cum praesertim ne de sede quidem vitii consentiant homines docti. At sive ex voce *monilibus* eliciendum esse sumemus vocabulum, quod deest, sive illud in *compta diligentia* latere, sive post *diligentia* lacuna esse videbitur, nullo modo res ita expediri potest, ut omnis dubitatio exclusa sit. Interim quantum probabili coniectura nos adsecutos esse putamus, in medium proferemus. Atque mea quidem sententia *monilibus,* quod ex superioribus huc translatum videtur ad explicandam vocem *bullis,* expellendum est; deinde neque in verbo, quod post *diligentia* addidit corrector codicis *q pectinabo* neque in *perpolibo*, quod in aliquot editionibus scriptum invenitur, acquiescendum est, nam illud paucis versibus ante usurpatum moleste repetitur, hoc propter terminationem ceteris non parem probari nequit. Quid exciderit, nescio. Certior sum de ea voce, quae hominum doctorum acumen summopere exercuit: *compta diligentia.* Alii hoc loco *comptus* pro *accuratus* accipi voluerunt[2]), quod vix fieri possit, cum singula exempla hunc ad usum firmandum allata differre videantur[3]), alii varie mutarunt[4]), probabilem in modum nemo. Ipse correctione non ita difficili adhibita vocabula *compta diligentia* sic emendo: ***cum pia diligentia.***[5])

Met. 128,2 (VII, 18). Describit Appuleius varia tormenta, quibus afficitur asinus a puero maligno, cui traditus est ad ligna monte devehunda, his verbis: *ac si quo casu limo caenoso*

1) Kulenkampius *compta comam cum diligentia,* Hauptius opusc. III. p. 628 *compta comam diligentia,* Eyssenhardius *comam diligenter.*

2) Gruterus, Oudendorpius, Hauptius l. c. his verbis: *non novi, qui dixerit comptam diligentiam vel simile quidpiam; Appuleium id non dedecet praesertim in illa dicendi figura.*

3) Cf. Koziolium, *der Stil der L. Apuleius,* p. 42 sqq.

4) In codicibus nonnullis deterioribus *cuncta diligentia* legitur. Kulenkampius scripsit *comam cum diligentia,* Sopingius *prompta,* Eyssenhardius *comam diligenter,* Koziolius *cum tanta* vel *cum optata diligentia.*

5) De hac enallages figura vide Koziolium in libro *der Stil des L. Apuleius,* p. 222 sqq. et Kretschmannum l. c. p. 19.

ripae supercilio lubricante oneris impatientia prolapsus deruissem, cum deberet egregius agaso manum porrigere, capistro suspendere, cauda sublevare, certe partem tanti oneris, quoad resurgerem saltem, detrahere, nullum quidem defesso mihi ferebat auxilium, sed occipiens a capite immo vero et ipsis auribus totum me compilabat cidit fusti grandissimo, donec fomenti vice ipsae me plagae suscitarent. In expediendo vocabulo *cidit,* quod nihili est, parum profecerunt homines docti. Longissime a similitudine veri propter orationem et litterarum speciem distat, quod exhibent editiones post Beroaldum deterioris notae libros secutae *caedens.* Propius quidem ad locupletissimi codicis scripturam accedit, sed ob formam orationis inconcinnam reprobandum est, quod in nonnullis editionibus legitur *caedit.* Moleste enim ferimus verba *compilandi* et *caedendi* nulla particula copulata et perfectum tempus praesenti subiunctum.[1]) Neque multo felicius cessit emendatio Hildebrandio scribenti *compilabat ac scidit,* quoniam ita manet ea offensio, quae est in temporum diversitate. Novas easque valde cum his discrepantes coniecturas nuper protulerunt Luetjohannes[2]) et Koziolius, quorum ille *compilabat concidendo fusti grandissimo,* hic *compilabat et id fusti grandissimo* scribi iussit; neutrum commendatur similitudine aliqua litterarum. Attamen Luetjohannes, quamquam aberravit a vero, rectam videtur emendandi viam ingressus esse.[3]) Mihi dubium non est, quin auctor codicis Florentini in exemplo, quod ei propositum fuit, invenerit *compilabat*^{cidit}[4]) et inde utrumque in seriem verborum praepostere transtulerit. *Cidit* additum illic erat inter versus a lectore quodam, qui *compilandi* verbo[5])

1) Hoc non abhorrere ab Appulei more minime confirmatur eis exemplis, quae affert Koziolius, *der Stil des L. Apuleius,* p. 234.

2) In actis soc. phil. Lips. III, p. 485.

3) Quod Luetjohannes praepositionem *con,* quam ante *cidit* perisse dicit, verbis Pseudolucianei libri *Λούκιος ἢ ὄνος* confirmari existimat, nescio an erraverit homo doctus. Nam quid impedit, quin *συνέκοπτε* respondeat verbo *compilandi*?

4) Minus accurate *cidit,* non *cidebat,* suprascripsit: simili neglegentia Met. 14,1 f *habeat* explicat addito *vel habitat* (pro *habitet*).

5) Uno tantum loco praeter hunc, quem tractamus, verbo *compilandi*

insolenti ratione usurpato vocabulum ex simili loco Met. 131,20 *consuetus ex forma concidi fustibus* repetitum suprascripsit, ita tamen, ut praepositionem non iteraret. Sic et vitii origo quae fuerit et quod remedium sit adhibendum, emergit. Deleta voce *cidit* aptissime serta oratio ad verbum paene congruit cum eis, quae leguntur in Pseudolucianeo libello: *καὶ τῶν ὠτῶν ἀρξάμενος συνέκοπτέ με τῷ ξύλῳ, ἕως ἐπεγείρωσί με αἱ πληγαί.*

Met. 149,8 (VIII, 23). In mercatu praeco equis omnibusque iumentis divenditis de asino, quem solum emptores aspernati erant, per iocum haec verba facit: *Quem ad finem cantherium istum venui frustra subiciemus et vetulum extritis ungulis debilem et dolore deformem et in hebeti pigritia ferocem nec quicquam amplius quam ruderarium cribum.* In his cum membra omnia particula copulentur praeter alterum, perficiemus aequabilitatem orationis, quam summo studio sectatur Appuleius [1]), scribendo: *et vetulum* ***et extritis*** *ungulis debilem,* quod cum *extritis ungulis* Met. 58,19 legatur, Scriveri [2]) emendationi *et tritis ungulis* praeferendum videtur.

Met. 152,19 (VIII, 28). Postquam narravit Appuleius de sacerdotibus in deae Syriae honorem varie se vulnerantibus, sic pergit: *quae res incutiebat mihi non parvam sollicitudinem videnti tot vulneribus largiter profusum cruorem, nequo casu deae peregrinae stomachus, ut quorundam hominum lactem, sic illa sanguinem conspiceret asininum.* Editores multi, cum in *conspiciendi* notione offenderent, substituerunt *concupisceret,* a quo differunt vocabulo, non re, quae voluerunt Brantius (*consitiret*)

vis inest *concidendi* (Met. 156,3), et ne eo quidem ullo modo certa; vide, quae de hac re disserit Engelbrechtius in *Sitzungsberichte der Wiener Akademie* a. 1885, p. 484 et 505.

1) Vide Koziolium, *der Stil des L. Apuleius,* p. 239 et Kretschmannum, *de latinitate L. Apulei Madaurensis* p. 9 sqq. Nescio an hoc loco etiam ita luserit scriptor, ut numerum verborum in singulis membris augeret (cf. Koziolium in programm. gymn. Leopoldstad. Vindob. a. 1869, p. 65 et in libro *der Stil* etc., p. 221 ad Met III, 3): *retulum, dolore deformem, extritis ungulis debilem, in hebeti pigritia ferocem, quicquam amplius quam ruderarium cribum.*

2) In editione a. 1624 facta; *et tritis* iam legitur in editione, quae anno 1623 prodiit.

et Ferrarius: *concuperet* vel *conciperet.* Scripturam codicis unus tuitus est Castalio [1]); at vide, quam is violentam explicationem illi adhibuerit: *ne quo morbo et valetudine deae peregrinae stomachus sanguinem asininum epotum perciperet.* Equidem hoc loco peculiarem, non tamen inauditam verbi *conspiciendi* vim statuendam esse arbitror. Idem enim mihi hic significare videtur *conspicere,* quod vulgo *circumspicere, sich umschen nach, ausschauen nach,* minusque videndi ipsius notionem quam cupiditatem conspiciendi et acquirendi studium premi. Quam vim ut verbo *conspiciendi* vindicem, duae res me commovent. Etenim *conspiciendi* verbum ea, quam dixi, significatione ab Appuleio re vera esse adhibitum, evincitur exemplo Met. 49,1 *verum cum tristis inde discederem, ne prorsus vacuis manibus redirem, conspicio quendam forficulis adtondentem caprinos utres. Quos cum probe constrictos inflatosque et iam pendentis cernerem* sqq. Neque praeter rationem vel illicita audacia hoc sibi permisit. Nam similiter ab aliis scriptoribus *videre* dicitur pro *circumspicere,* cf. Ter. Heaut. 3, 1, 50 *asperum (vinum) hoc est, aliud lenius sodes vide.* Cic epp. ad Att. V, 1, 3 *antecesserat Statius, ut prandium nobis videret*: XIV, 21 *talaria videamus:* XV, 8, 2 *sed cavendum tamen tutelaeque* (sic ex coniectura speciosa Madvigii in advers. tom. III, p. 191) *plures videndae*: de orat. III, 2 *videndum sibi esse aliud consilium;* Tuscul III, 46 *dulciculae potionis aliquid videamus et cibi.* Quodsi ita intellegimus verbum *conspiciendi,* non video, cur haereamus in codicum lectione tradita.

Met. 156,11 (IX, 2): *nec dubio me lanceis illis vel venabulis, immo vero et hipennibus, quae facile famuli subministraverant, membratim compilassent* sqq. Leni mutatione scriptoris verba sunt emendanda. Etenim cum nusquam in eis, quae praecedunt, lanceae hastaeve, at paucis versibus ante *cuiusque modi tela* commemorentur, hic non scripsit *lanceis illis vel venabulis,* sed *lanceis* ***illi*** *vel venabulis* sqq.

Met. 159,25 (IX, 8): *si quis de* ex Appulei usu dicendi

1) In *observationibus in criticos dec.* IV, cap. 3, p. 167. Hunc sequitur Koziolius in libro *der Stil des L. Apuleius,* p. 220; non recte tamen ille fecit, quod verba *sic illa* exstinxit.

mutandum est in ***si qui de.*** Probant enim collati ei loci Appuleiani, quibus *siqui* et *siquis* leguntur, illum eam sibi legem fecisse, ut litterae vocali et *v* praemitteret *si quis*, consonanti *si qui*, h. e. ut nonnisi hiatus vitandi causa *si quis* admitteret. Huic regulae quattuordecim exemplis comprobatae nonnisi paucissima adversantur eaque praeter hoc solum omnia ita comparata, ut, quomodo littera *s* adhaeserit, perfacile intellegatur. *Si quis* ante vocalem et *v* invenitur his locis: Met. 6,30; 101,27: Apol. 11,11; Flor. 3,12; 7,20; de deo socr. p. 23,23[1]) (c. 21): de Platone et eius dogm. (c. 12) 89,21; 89,22. *Si qui* ante consonantem litteram his locis: Met 31,18; 32,7; 110,31; 149,12; Apol. 65,21 (teste Luetjohanne); 67,6. — Met. 2,17 F *q* teste Luetjohanne *si qui velit*, correctores *si quis velit;* contra Flor. 9,3 F *si quis forte;* 9,6 *si qui igitur;* illud dudum Oudendorpius iure mutavit in *si qui forte* (cf. Apol. 65,21 et 67,6 *si qui forte*), hoc iam mecum corriges in *si quis igitur;* in scriptis ad philosophiam pertinentibus bis proclivi errore litteram *s* iteratam inveni: p. 23,9 *si quis se*; 89,13 *sequi sanitatem* mutandum est in *si qui sanitatem.*

Met. 166,27 (IX, 20): *commodum prima stipendia Veneri militabant nudi milites et contra omnium opinionem captata noctis opportunitate inprovisus maritus adsistit. Suae domus ianuam iam pulsat, iam clamat, iam saxo fores verberat* sqq. Verba quemadmodum vulgo eduntur, moleste fero, cum verbum *adsistendi* sine obiecto positum vix intellegatur et *iam* per anaphorae figuram[2]) ter repetitum in primo membro praeter concinnitatem quartam sedem acceperit, non primam, ut in membris comparibus. Sola interpunctione mutata utrumque incommodum removebimus et multum narrationi addemus rotundae facilitatis atque perspicuae simplicitatis: ***adsistit suae domus ianuam. Iam pulsat,*** *iam clamat, iam saxo fores verberat* sqq.: *adsistere* cum accusativo coniunctum non repugnare Appulei usui dicendi, fidem faciunt exempla a Kretschmanno collecta verborum simillimorum item cum accusativo constructorum[3]), neque vero valet quidquam ad hanc opinionem infirmandam,

1) Sequor numeros edit. Goldbacheri.

2) Cf. Koziolium, *der Stil des L. Apuleius*, p. 221 sqq

3) *De latinitate L. Apulei Madaurensis*, p. 130.

quod quattuor locis huic verbo adiungitur dativus, cuius variationis argumenta non desunt in Appulei sermone.[1])

Met. 170,9 (IX, 25). Luetjohannes, quoniam absurdum ei videbatur[2]) *tacite suasi ac denique persuasi*, scripsit praeter veri similitudinem *tacite abiret suasi ac denique persuasi secederet paululum* sqq. Nam ut vix Appuleius verbum eundi tam dure et languide repetiisse putandus est, ita verba *suasi ac denique persuasi* arte esse coniungenda his exemplis satis efficitur: Apol. c. 93; Met. VII, 4; IV, 2. Evanescere difficultas mihi videbatur *tacite* interpretanti *secreto, clam marito* (ut Met. 141,4; 170,22; alias). At tamen haec explicandi ratio sententiae non satisfacit, quoniam absente marito, qui deprehensum adulterum in angiportum proximum deportat, cur pistor furtim illud mulieri suadeat, non perspicitur. Omnia plana essent, si referre liceret *tacite* ad *secederet.*[3]) Quae tamen collocatio cum nimis dura sit, *tacite* depravatum esse mihi videtur. Fortasse scripsit Appuleius: ***tenaciter suasi*** *ac denique persuasi* sqq. Aegre et longius insistendo naccam obtinuisse, ut mulier domo cederet, demonstrat adverbium *denique;* ita *tenaciter suasi* apte exprimere videtur, eum quasi inhaesisse fullonis uxori, donec suadendo vinceret.

Met. 173,10 (IX, 30): Narrat Appuleius pistoris servos frumento confecto novum petituros, cum cubiculum eius obseratum offendissent magnoque strepitu facto illum excire non potuissent, malum suspicatos fores perfregisse. Haec sic expressa sunt: *atque ut illis saepicule et intervocaliter clamantibus nullus respondit dominus, iam fores pulsare validius et . . . tandem patefaciunt aditum.* Ambigitur de adverbio *intervocaliter* mire composito; qualem enim simplici *vocaliter*[4]) significationem addat praepositio *inter*, vix quisquam dicat. Itaque synonyma copulavit Bursianus[5]) et construxit praeter rationem in modum intolera-

1) Cf. *residere* cum dativo et accusativo, *complere* cum genetivo et ablativo, alia.

2) In adnotationibus criticis editioni libri de deo Socratis adiectis p. 30.

3) Hoc placet Diltheyo.

4) Hoc legitur simili loco Met. I,26 *ianuam firmiter oppessulatam pulsare vocaliter incipio.*

5) In *Sitzungsberichte der Münchener Akademie* a. 1882, p. 137.

bilem, mutatione insuper usus perquam violenta: *intentius vocaliter*. Non magis mihi probatur Woelfflini coniectura *saepicule et vocaliter interclamantibus*, nam Appuleio obtrudit vocabulum neque ab hoc neque ab alio ullo scriptore nisi semel ab Ammiano adhibitum (31,13, 1 *nostri multis interclamantibus restiterunt*) et nimium languet post *saepicule* verbum *interclamandi*, quod de eo usurpatur, qui per intervalla clamorem tollit. Ego opinor, librarium exarasse *intervocaliter* pro ***iterum vocaliter*** proclivi errore[1]), quo exempto agnoscimus usum omnino non infrequentem neque vero alienum ab abundanti oratione Appulei, quandoquidem *iterum* hoc loco exprimit *saepe;* nam ad augendam notionem copulat adverbia synonyma.[2]) Quod denique *saepicule et iterum* scripsit pro *iterum et saepicule* — sic collocat Met. 79,16 *iterum ac saepius* — hoc ostendit studium eius novandi et variandi.[3])

Met. 176,5 (IX, 35) verba sic in codice F traduntur: *at enim casulae parvulae conterminos magnos et beatos agros possidebat vicinus potens et dives et iuvenis et prosapiae maiorum gloria male utens pollensque factionibus et cuncta facile faciens in civitate hostili modo vicini tenuis incursabat pauperiem pecua trucidando boves abigendo fruges adhuc immaturas obterendo.* Longiorem ambitum totum exscripsi, ut artificiosa aequabilitas apertius cognoscatur. Quamquam non semel Appuleius particula *et* coniunxit, quae ex grammaticae ratione sibi non respondeant[4]), tamen hoc loco orationis obscuritas ac deformitas ea est, ut corruptelae suspitionem iure moverint Rohdius[5]) et Bursianus[6]), qui quidem parum perspecto Appulei studio membra concinnandi probabilem orationem non sunt coniectando

1) Iterūuocaliter — īteruocaliter.

2) Alia exempla contulit Koziolius in libro *der Stil des L. Apuleius*, p. 131; de geminationis adiectivorum, quorum vis augetur, origine vide quae disserit Wölfflinus in libro *lateinische und romanische Comparation* p. 4 sqq. et 87.

3) Erat, cum scribi vellem *saepicule et id vocaliter, saepicule et iuvocaliter,* quae nunc displicent.

4) Vide Koziolium in libro *der Stil des L. Apuleius*, p. 329.

5) In Rh. M. a. 1875, p. 277.

6) In *Sitzungsberichte der Münchener Academie* a. 1881. I. p. 137.

adsecuti. Rohdius, cum *prosapia maiorum* vix apte copulari sensisset, hanc enuntiati pristinam conformationem fuisse censet: *iuvenis et splendidae prosapiae. Hic maiorum gloria male utens* sqq., quae coniectura certe falsa est. Nam ut demus, librarium verbis *iuvenis et splendidae prosapiae. Hic maiorum* sqq. prava corrigendi libidine substituisse *iuvenis et prosapiae maiorum* sqq. vel orationem hiantem sic explesse[1]) — quod utrumque haud ita credibile est —, Appuleium tam inconcinne scripsisse in periodo ceteroquin numerosa, nemo mihi persuadebit. Cum hanc ipsam ob causam, tum propter insolentem pronominis relativi collocationem[2]) repudiandum est Bursiani commentum, qui sic legi vult: *male utens, pollens qui* sqq. Praeterea siquis vel Bursiano adstipuletur vel cum Guilelmo Meyero immanem periodum ita perdomare et in membra sua digerere temptet, ut ante *prosapiae* inserat pronomen relativum, verendum est, ne praeter rationem enuntiatum faciat primarium eam sententiam, quae suapte natura secundaria sit, secundarium, quae vim primariam sustineat; nam ex recta cogitandi ratione ita sententias cohaerere puto: *vicinus, qui possidebat, incursabat*, non: *possidebat vicinus, qui incursabat.* Mihi veritas in proximo videtur esse. Divisa enim illa verborum comprehensione atque iteratis vocabuli *iuvenis* litteris extremis oritur oratio et perspicua et concinna: *agros possidebat vicinus potens et dives et* ***iuvenis. Is et prosapiae*** sqq.[3]) Sic in priore enuntiato tribus adiectivis exprimitur, qua floruerit ille iuvenis condicione, in posteriore tribus item adiectivis significantur mali eius mores, totidemque gerundivis, quibus factis homini pauperi nocuerit, explicatur. Offensionem vero alteram, quae est in *prosapiae maiorum gloria*, facillime tollimus ita, ut vocabulum *maiorum* voci *prosapiae* interpretandi causa additum deinde in verborum ordinem transiisse putemus. Scripsit igitur Appu-

1) Errore librarii tanta discrepantia nasci vix potuit.

2) Cf. Koziolium in libro *der Stil des L. Apuleius*, p. 335 sqq.

3) Laevigatur etiam oratio scriptura, quam olim Sauppius mea coniectura cognita benigne mecum communicavit: *iuvenis.* ***Set*** *prosapiae* sqq. At tamen minus aptum esse crediderim *set.* Solet enim Appuleius, ubi sententiam unam rhetorice per enuntiata duo dispertit, alteri copulam non adicere.

leius, ut mea opinio fert: . . . *vicinus potens et dives et* ***iuvenis. Is et prosapiae gloria*** *male utens pollensque factionibus et cuncta facile faciens in civitate hostili modo . . . incursabat . . .* In his ne eo offendaris. quod *at enim* referri nequit ad *incursabat,* quo proprie spectat, evincunt exempla, Appuleium interdum relativo pronomine omisso enuntiata iuxta posuisse.[1])

Flor. 32, 20. *Asclepiades . . propius accessit, ut incognosceret more ingenii,*[2]) *quisnam esset, quoniam percontanti nemo responderat: an vero ut ipse aliquid in illo ex arte reprehenderet? certe quidem iacenti homini ac prope deposito fatum attulit.* Sic F *q*. Loco a multis temptato[3]), a nemine dum emendato leni remedio subveniendum est:[4]) ***uti cognosceret.*** Offensionem vero non minorem, quae est in versibus paulo post insequentibus, nemo attigit praeter Brantium, qui vocabulo uno addito, nonnullis commutatis, quae neque a sententia neque ab oratione probari possint, restituit *adseverat ipse vivi aliquid in illo ex arte deprehendere.* Nisi me opinio fallit, locus sic potius emendandus est: *an vero* ***uti spiritus***[5]) *aliquid in illo ex arte deprehenderet?* sqq. In eis, quae secuntur, Diltheyus conicit scribendum esse ***flatum attulit,*** ut mihi videtur, rectissime.

1) Cf. Hild ad Met. I, 25 *demonstro seniculum: in angulo sedebat.* II, 21. III, 7. de dogm. Plat. c. 19.

2) Verba corrupta sunt, emendationem non inveni. Requiro sententiam oppositam proximae, *quoniam percontanti nemo responderat:* vel suis oculis vel simile.

3) Groslotius scripsit *ut inde cognosceret*, Oudendorpius *ut ne cognosceret*. Kruegerus *ut ipse cognosceret*, Muellerus *ut cognosceret.*

4) Iam occupavit, ut postea vidi, Goldbacherus hanc emendationem in Z. f. d. ö. G. a 1867, p. 572.

5) Plena scriptura pro compendio in codicibus Appuleianis saepius adhibito $\overline{sps}$.

Pertractavi hos locos.

Apol.	p.	30,4	edit. Krueg., huius commentationis.	p.	40		
		40,21	. . . .	p.	43		
		41,7	. . . .	„	43		
		52,3	. . . .	„	44		
		62,6	. . . .	„	45		
		72,2	. . . .	„	45		
		73,11	. . . .	„	46		
		102,7	. . . .	„	46		
		107,10	. . . .	„	47		
Metam.	p.	2,6	ed. Eyss..	p.	48		
		3,20	. . . .	„	48		
		6,19	. . . .	„	50		
		11,19	. . . .	„	51		
		15,18	. . . .	„	51		
		26,17	. . . .	„	52		
		35,14	. . . .	„	52		
Metam.	p.	46,26	edit. Eyss	p.	53		
		49,1	. . . .	„	61		
		52,5	. . . .	„	54		
		53.31	. . . .	„	55		
		78,1	. . . .	„	55		
		107,9	. . . .	„	55		
		109,9	. . . .	„	56		
		114,17	. . . .	„	57		
		128,8	. . . .	„	58		
		149,10	. . . .	„	60		
		152,22	. . . .	„	60		
		156,12	. . . .	„	61		
		159,25	. . . .	„	61		
		166,29	. . . .	„	62		
		170,9	. . . .	„	63		
		173,10	. . . .	„	63		
		176,5	. . . .	„	64		
Flor.	p.	32,20	ed. Krueg.,	p.	66		

VITA.

Fridericus Beyte natus sum Groningae, in urbe prope Halberstadt sita, die XXVIII mensis Decembris anni h. s. LXI patre Friderico, matre Augusta e gente Gruetzemacher, quam morte ereptam esse valde doleo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis in communi schola imbutus linguae latinae rudimenta accepi a viro optimo Fleck, qui sacerdotium nunc quoque illic gerit. Vere anni h. s. LXXIII receptus sum in gymnasium Halberstadense auspiciis florens Guilelmi Schmidt, hominis doctissimi, cuius animum in me benevolentissimum pia memoria colere non desinam. Quod cum per octo annos frequentassem, maturitatis testimonio instructus Lipsiae studiis philologicis per tria semestria operam dedi. Tum Berolini per annum moratus inde ab auctumno anni LXXXIII usque ad LXXXV civis fui almae universitatis Georgiae Augustae. Quod superest temporis spatium, Groningae, Dransfeldii, Gottingae studiis navavi.

Docuerunt me homines doctissimi: Baur, Biedermann, G. Curtius, K. Dilthey, M. Heyne, E. Huebner, W. Mueller, G. E. Mueller, Paulsen, O. Ribbeck, M. Roediger, H. Sauppe, W. Scherer, Ioh. Schmidt, Ioh. Vahlen, Voigt, Weiland, U. de Wilamowitz-Moellendorf, Wolff, Zarncke.

Berolini interfui exercitationibus philologicis Vahleni, theodiscis Schereri, Gottingae theodiscis Muelleri. Ut proseminarii et per bis sex menses seminarii philologici Georgiae Augustae sodalis essem, contigit mihi insigni benignitate Diltheyi, Sauppii, de Wilamowitz.

His viris omnibus optime de me meritis, imprimis Diltheyo, qui studia mea numquam non fovit et adiuvit, gratiam habebo semper maximam.